[a] D*Enique. Poſſeßionem*. id eſt vſucapionem, quæ prouenit ex poſſeſſione: vt.j.de vſucap.l.ij. & hîc ſubiicit. nam cũ ab alio poſſidetur, ipſe poſſidere non poteſt.

[b] *Non reſtitui*. cum enim fuit captus, cœpit ab alio poſſideri. ergo ipſe deſiit poſſidere qui vſucapiebat: vt.j.de acquiren.re.do.homo liber. in fin. & ſic fuit interruptio naturalis: vt.j. de vſuca.naturaliter. ad quã nihil facit fictio poſtliminij: vt hîc. Sed cõtra.infra eo. ait prætor.§. itẽ ei. Sol. vt ibi. Item cõtra.j.eo.l. ait prætor.§. hi. &.j.de vſucap.l. iuſto. §.fin.&.l.ſi is qui.§.j.in quibus dicitur quod ius poſtliminij ad vſucapionem porrigitur. Sed dic ꝙ ille loquuntur quando per ſubiectas perſonas fit vſucapio, & in rebus peculiaribus: hîc autẽ quãdo per ſe vel per ſubiectos: nõ tamen ex cauſa peculiari: vt.j. de ca. l.in bello. §. factæ. ſed in hoc caſu quãdo per ſubiectos nõ in re peculiari dicit. Rñ. quòd locum habet fictio legis Cor. vt ꝑficiat heredi ſi ibi decedat: non autem ius poſtliminij. Quando autem ex peculiari, ibi cõſtat quòd vtraque fictio locũ habet: vt dictum eſt. Itẽ cõtra.j. de iti. actúque pri.l.j.§.ſi quis vel propter.dic vt ibi.

*Legẽdum, vſucapionẽ: alioqui ineptè dicat Papinianus poſſeſſionẽ ſine poſſeſſione nõ cõſtitiſſe.

Nunc explicat ſecũdum caput edicti poſitũ l.j.ſ. eod.

ret, ab hoſtibus captus ſit: placet interruptam poſſeſſionẽ [a] *poſtliminio non reſtitui: [b] quia hæc [c] ſine poſſeſſione non conſtitit. [d] Poſſeſſio autem plurimum facti habet: [e] cauſa verò facti [f] non continetur poſtliminio.

XX. IDEM *libro tertiodecimo Quæſtionum.*

NEc vtilem [g] actionem [h] ei tribui oportet: cum ſit iniquiſſimum auferre domino quod vſus [i] non abſtulit. neque enim intellegitur amiſſum, [k] quod ablatum [l] alteri non eſt.

Hîc incipit iuriſconſultus examinare ſecundum caput edicti. & breuiter hoc intendit: Quod quis acquiſiuit propter ſuam abſentiam cum non eſſet defenſus, in integrum reſtituitur. Item qui dicit aliquem non defenſum, debet probare. h.d. & primò ponit verba materialiter. Bart.

XXI. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.*

ITem ait prætor: [m] *Si quis vſu ſuum feciſſet,* [n] *aut quod non vtẽdo ſit amiſſum,* [o] *conſecutus: actionéve qua ſolutus ob id quòd dies eius exierit cum abſens non defenderetur.* Quam clauſulam prætor inſeruit, vt quemadmodum ſuccurrit ſupraſcriptis [p] perſonis ne capiantur: ita & aduerſus ipſas ſuccurrit ne capiant. Et erit notandum, quòd plus prætor expreſſit cum aduerſus eos [q] reſtituit, [r] quàm cum ipſis ſubuenit. Nam hic [ſ] nõ certas perſonas enumerauit aduerſus quas ſubuenit, vt ſupra: [t] ſed adiecit clauſulam qua omnes qui abſentes [u] non defendũtur, complexus eſt. Hæc autem reſtitutio locum habet ſiue per ſe, ſiue per ſubiectas ſibi perſonas vſu acquiſierunt qui abſentes non defendebantur: & ita, ſi nemo eorum erat defenſor. Nam ſi fuit procurator: [x] cũ habueris † quẽ conuenias, non debet inquietari. [y] Cæterùm ſi non exiſtebat defenſor, æquiſſimum erat ſubueniri, eo potius [z] quòd eorum qui non defenduntur, ſi quidem latitent, prætor ex edicto pollicetur in bona eorum mittere: vt ſi res exegerit, [a] etiam diſtrahantur. ſi verò non latitent, [b] licèt non defendantur, in bona tantum mitti. Defendi autem non is videtur, cuius ſe defenſor ingerit: [c] ſed qui requiſitus [d] *ab actore non eſt defenſioni defuturus. Plenáque defenſio accipietur, ſi & iudicium non detrectetur, & iudicatum ſolui ſatiſdetur. [e]

XXII. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum.*

[l] *oblatum*. i.quæſitum. ſed aliàs ablatũ: & tũc debet eſſe admiſſum. in caſu tamen perditur etiam quod alteri nõ quæritur: vt.j. de acqui.poſ.l.ſi quis vi.§.differentia.& pro derelicto.l.j.

I*Tem.*] CASVS. Hîc vult exponere Vlp. an præſens contra abſentẽ reſtituatur: & laudat Vlpia. prætorẽ ꝙ bene fecit, quòd ita vult ſuccurrere cõtra abſentes, ſicut ipſis abſentibꝰ ſuccurritur. & generalẽ prętor ſubiecit clauſulam, quamuis ſuperior fuerit ſpecialis, id eſt ad certas perſonas. & ita reſtitu. datur ſi non defendãtur abſentes: alias ſi defendantur, contra eos non datur reſtitutio: & cum nõ defendantur, poteſt præſens petere vt in poſſeſſionẽ mittatur: & etiam bona diſtrahi ſi latitet: aliàs nõ diſtrahi debẽt: ſed fiet tantùm miſſio. poſtea dicit qui videantur defendi, quod plus eſt, cũ l.ſequẽ. in qua dicitur quòd amici & conſanguinei abſentis interpellari debẽt: & etiam illud edictũ datur in furioſos & infantes cum non defenduntur: & contra ipſos læſi reſtituuntur. Viuianus.

†No. ſecundum Bald. quòd citatio poteſt incipere à procuratore, & etiam iudiciũ. concor. & facit.l.3.de ali.lega. ff.& C.de procu. l.eũ qui res.

[m] *Item ait prætor.* materialiter ponuntur hæc verba vſque illuc, quã clauſulã &c. & exponere incipit Vlpianus hãc partem edicti qua reſtituitur præſens cõtra abſentem.

*Bal.dicit iſtum tex.no. ad hoc ꝙ defenſor nõ tenetur cõparere, niſi ſit generaliter citatus facto proclamante antea: vel quòd ſpecialiter citetur. Bolog.

[n] *Feciſſet*. corporale ſcilicet abſens.

[o] *Amißum*. vt ſeruitutem.

[p] *Supraſcriptis perſonis*. abſentibus.

[c] *Quia hæc*. ſcilicet vſucapio.

[d] *Non conſtitit*. vt inchoetur: vt hîc, &.j.de vſuca. ſine poſſeſſione. perficitur tamen ſine po. vt.j. de vſuc.l. cœptã.&.l.nunquam.§.vacuũ.&.l.rerũ mixtura.§.Labeo. Vel dic.ſ. vſucapio quæ petitur reſtitui nõ poteſt reſtitui niſi poſſeſſio reſtituatur: ſed hoc fieri non poteſt: vt ſubiicit. Vel verius dic etiã vt procedat, nõ eſt ſine poſſeſſione vel quaſi: quod hîc non eſt.

[e] *Plurimum facti habet*. ſ.hæc quæ per nos acquiritur. nã oportet quòd corporalis ſit tibi apprehẽſio, quæ eſt facti: licèt & animus ſit neceſſarius: quòd facile eſt: vt.j.de acquir. poſ.l. quod meo. hæc eadem multũ habet iuris in retinendo, cum ſolo retineatur animo: vt.C. de acq. poſ.l.licèt. aliàs autẽ dicitur habere poſſeſſio multũ iuris: vt quæ tenetur in cauſa peculiari à filio vel à ſeruo: vt.j.de acqui.poſ.l.poſſeſſio quoque.j.reſpon. nam poſſeſſio talis acquiritur ignoranti: vt.j.de acquir.poſ.l.ſi me in vacuam. §.ſeruus. & vſucapio ignoranti: vt.j.pro ſuo.l.ij. tunc & poſtliminium locum habet: vt modo dixi per.l.j. de vſuca.iuſto.§.fin. eſt & alia quæ habet multum iuris, & multum facti: vt quæ per procuratorem quæritur ignoranti: ſed non vſucapit ignorans: vt C.de acquiren.poſſeſ.l.j.

Poſſeſſio multiplex.

[f] *Cauſa vero facti*. cauſam facti vocat effectũ poſſeſſionis.i.vſucapionem, vt videatur vſucepiſſe ac ſi in ciuitate ſemper fuiſſet: vt inſti.quibus mo.ius pat.po.ſol.§.ſi ab hoſtibus. Sed cur nõ continetur: vt.ſ.e.Iulianus.§.eum? Reſpon. ibi ſine alterius damno: quod hîc nõ erat. Item not. hîc quòd circa facta nõ poteſt fingi, ſicut circa iura: cum id quod factum eſt, pro infecto haberi non poteſt: vt hîc, &.j.de acqui.poſſeſ.l.j.§.ſi vir.&.l.cum heredes in prin.& in authen.de æqua.do.§.quæ igitur. col.vij.

Factũ pro infecto haberi nõ poteſt.

[g] N*Ec vtilem*. nec directam ex vſucapione, nec vtilem habet: ſed ad poſſeſſionem bene habet, cum & poſſeſſio ſibi reſtituatur: vt.j.eo.l.ait prætor.§.item ei.

[h] *Actionem*. per reſtitutionem.

[i] *Vſus*. id eſt vſucapio.

[k] *Amiſſum*. aliàs admiſſum.

[q] *Aduerſus eos*. abſentes.

[r] *Reſtituit*. ſcilicet præſentes.

[ſ] *Nam hic*. i.quãdo ſubuenit præſentibus contra abſentes. Acc.

[t] *Vt ſupra*. cum abſentes reſtituit. nam ibi numerat: vt.ſ.l.j.§.j.

[u] *Abſentes*. ex quacunque iuſta vel non iuſta cauſa, non diſtinguitur cum contra eos fit reſtitutio.

[x] *Procurator*. id eſt procurans. nam ſiue habet mandatum ſiue non, obtinet quod hîc dicit: vt ſubiicit.

[y] *Inquietari*. id eſt non dabitur reſtitutio: vt.j.eod.is qui.&.l.ait prætor.§.hi. Sed an hodie locum habeat hoc auxilium: cum iure communi poſſit interrumpere vſucapionem: vt.C. de anna. except.l.vt perfectius? Videtur quòd ſic, cum lex ſuperueniens addat priori, non tollat: vt.j.de act.& ob.l.quotiens.& de ſuc.edic. l.j.§.ſed videndum. Argu.contra.ſ.de mino.in cauſæ.ij.ad quod dic vt dixi.j.eo.is qui. Accurſius.

[z] *Eo potius*. i.eo amplius.q.d. & hoc & aliud auxilium datur. ſic j.de leg.iij.ſi tibi purè.&.j.ſi cert.peta.l.lecta.in prin. non autem ſic exponas, id eſt ea maximè ratione: quia quòd aliud auxilium datur, magis eſt contraria ratio: vt.ſ.tit.ij.in cauſæ.

[a] *Exegerit*. vt quia dolo abſit: vt hîc, &.j. quib. ex cau.in poſ.ea. l.in poſſeſſionem.§.fi.&.ſ.de in ius voc.ſatis.&.C.de bo.auc.iudi.poſ. cum proponas.

[b] *Latitent*. id eſt turpiter ſe occultent: vt.j.quib.ex cau.in poſſeſ. ea.Fulcinius.in.§.j. Accurſius.

[c] *Defenſor ingerit*. ad tempus. non ergo ad tempus poteſt ſe offerre ſatiſdando ſecundum hæc, cum dicit puta ad diem illam. argu.ſ.de procur.l.non tamen.

[d] *Requiſitus*. debet ergo actor interpellare: vt hîc, &.j.proxi. argu.contra.C.de iure emphy l.ij.§.j. in fin.&.C. de contrahenda ſtipula.l.magnam.

[e] *Satiſdetur*. vt hic, & infra de iudic. rectè. & infra qui.ex cau.in poſ.ea.

poſ.ea.l.hęc autē.§.rectè.&.ĩ.de reg.iur.l.nō videtur defendere.

a ERgo. *Teſtatione*. id eſt denuntiatione coram teſtibus facta, vt eum defendant. A

b *Quod edictū*. ſ.vt in eos detur reſtitutio:cū nemo eos defendat.

c *Et infantes*. hoc totum videtur correctum hodie: vt.C.de an. excep.vt perfectius.ſed dic vt.ĩ. eo.l.is qui.Ac.

ERgo ſciendum eſt non aliter hoc edictum locum habere, quàm ſi amici eius interrogati fuerint an defendant: aut ſi nemo ſit qui interrogari poteſt. Ita enim abſens defendi non videtur, ſi actor vltro interpellat, nec quiſquam defenſioni ſe offerat. eáque teſtatione [a] complecti oportet. Sicut igitur damno eos adfici non vult: ita lucrum facere non patitur. Quod edictum [b] etiam ad furioſos & infantes [c] & ciuitates pertinere Labeo ait. B

Contra præſentem qui ex cauſa ſecum agendi poteſtatem non facit, in integrum reſtitutio non conceditur. Bartolus.

XXIII. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum*.

AIt prætor: †*in ve vinculis eſſet: ſecúm ve agendi poteſtatem non faceret*. Hæc perſona [d] * meritò adiecta eſt. fieri enim poterat vt quis in vinculis præſens eſſet vel in publica vel in priuata vincula ductus. nam & eum qui in vinculis eſt, ſi modò non ſit in ſeruitute, [e] poſſe vſu adquirere conſtat. Sed & is qui in vinculis eſt, ſi defendatur, ceſſat reſtitutio. C

Captus ab hoſtibus non poteſt vſucapere: & rurſus ad hoc non reſtituetur, ſed reſtituetur vt fructus recuperet. Bartolus.

D Is autem qui apud hoſtes eſt, nihil per vſum ſibi adquirere poteſt: [f] nec ceptam poſſeſſionem poterit implere [g] dum eſt apud hoſtes. Hoc amplius nec poſtliminio reuerſus recuperabit per vſum dominij adquiſitionem.

Item ei qui per captiuitatem fundi †poſſeſſionem vel vſusfructus quaſi [h] poſſeſſionem [i] amiſit, ſuccurrendum [k] eſſe Papinianus ait: & fructus quoque medio tempore ab alio ex vſufructu perceptos, debere captiuo reſtitui æquum putat. [l] E

AIt.] CASVS. Si quis fuerit in vinculis, & rem præſentis vſuceperit: reſtituetur præſens contra illum abſentem: quia in vinculis vſucapere poteſt. ſed qui apud hoſtes eſt, vſucapere per ſe nō poteſt: nec reſtituitur vt habeatur pro impleta vſucapio: ſed iſti bene poſſunt ſibi acquirere per ſubiectas perſonas ex cauſa peculiari: vt in §.hi. Item dicit quòd captiuus reſtituetur ſi amiſit aliquid: vt in.§. itē ei &c. [DEINDE.] Si debitor meus abſentauit ſe, vel celauit ſe, ita quòd ego non potui agere cum eo, & ſic act. meā amiſi: dicitur hîc quòd reſtituendus ſum contra illum: nec ero mittēdus in poſ.& de hoc aſſignat multas rationes quare in poſ. bonorū non ſim mittendus: quia fortè non latitauit, vel non habet bona, vel quærit aduocatos, & alias ſimiles cauſas. Viuianus.

†In ſecūdo capite edicti: quamuis hæc verba eſſent etiam in primo capite.

* particula.

d *Hæc perſona*. ſ.quę eſt in vinculis.nam de alia quæ non facit poteſtatem agendi, dicet.ĩ. eo.§.fi. Accurſius.

e *In ſeruitute*. id eſt in poſſeſſione ſeruitutis. nam talis vſucapere nō poteſt: vt.ĩ.de acquir. re.do.homo liber.in fi. Item nec ille qui eſt in ſeruitute hoſtium: vt ĩ.proxi.§.is autem.

f *Acquirere poteſt*. per ſe: ſed per ſubiectos poteſt ex cauſa peculiari: vt.ĩ.ead.l.§. hi. &.j.de capt.in bello.§.factæ.

†id eſt, dominij pleni.

g *Implere*. vt ſupra. eo. l.denique.

h *Quaſi*. expreſſiuum veritatis: quia fructuarius [a] naturaliter poſſidet: vt infra de acquir. poſſeſ.naturaliter. Vel referas ad ciuilem. & not.improprietatem, cum incorporalia vere poſſideri non poſſint: vt infra de ſerui.l.quoties.& de ſerui.vrba.prædio.l.ſi ædes. §. libertas.

a Bart.in.l. naturaliter. ff.de acquir. poſ.in.1. col. 1.ver.quæro vtrū vſufructuarius &c. dicit hāc gl. fore ſing. ad hoc quòd vſufructuari⁹ poſſidet ciuiliter & naturaliter ius vſufructus: ſed ipſa res in qua habet vſumfructū, poſſidetur tātum natura-

i *Poſſeſſionem*. Sed nonne iure communi? Reſpon. fortè non habet ius in re.

k *Succurrendum*. imò videtur quòd non: vt.ĩ.eod. denique. quæ eſt cōtra. Sol. hîc ſolam poſſeſſionem reſtitui poſtulabat, quam & ante captiuitatem habuerat: ibi autē poſtulabat rem intelligi vſucaptam, quā verè non vſuceperat: & ſic cum alterius damno.

l *Putat*. cum enim certum ſit poſſeſſionem reſtitui debere, ergo & fructus veniunt: vt infra de vſur.l.videamus.ij.§.in Fauia.&.ĩ. de rei vindica.& ex diuerſo.§.j. Accurſius.

adde Ant. gom. l. 45 tau. n. 100

m *Hi planè*. hoc continua cum illo.§.is autem.ſ.proxi. Accur.

n *Non defenderentur*. ſcilicet captiui.

o *Vſucaptum*. per eos qui in poteſtate ſunt. Accurſius.

p *Faciat*. qui ergo non facit, facere videtur.ſic.ĩ.de verb. ſignifi. alienationis.&.l.facere oportere. & inſtit.de nup.§.ſi vxor. &.ĩ. de regu.iur.qui non facit. Item operæ quædam dicuntur in faciēdo: quædam in non faciendo: vt infra de verbo.obliga.l.vbi autem non apparet. §. qui id quod. &.l.ij.§. item ſi in facto.& inſti.de ver. oblig.§.fi.

liter ab eo. vide Bart. & alios ſcribētes ibi: ſed aduerte quia iſta gl.in hoc violat iſtum tex. vt hîc in nouis intepreta. Bolo.

Captiui per ſubiectas perſonas poſſunt præſcribere, & ab actionibus competentibus liberari: & eo caſu contra ipſos reſtitutio cōceditur. Bartolus.

Hi planè [m] qui fuerunt in poteſtate captiui, vſu rem adquirere poſſunt ex re peculiari. Et æquum B erit ex hac clauſula præſentibus, id eſt qui non ſunt in captiuitate, ſubueniri, ſi cum nō defenderentur, [n] vſucaptum [o] quid ſit. Sed & ſi dies actionis quæ aduerſus captiuum competebat, exierit: ſuccurretur aduerſus eum.

Hîc incipit exponere illa verba, ſecúm ve. & hoc dicit. Qui non patitur ſecum litem conteſtari ex cauſa iuſta vel iniuſta: cōtra eum reſtitutio conceditur ſi quid ex hoc quæſierit. Bart.

C Deinde adiicit prætor: *Secúm ve agendi poteſtatem non faceret*: vt ſi dū hoc faciat, per [p] vſum adquiſitio impleta, vel quid ex ſupraſcriptis [q] contigit, reſtitutio concedatur. meritò. nec enim ſufficit ſemper in poſſeſſionem bonorum eius mitti: quia ea interdum ſpecies eſſe poteſt, vt in bonis latitantis mitti non poſſit, [r] aut non latitet. [ſ] finge [t] enim dum aduocationes [u] poſtulat, diem exiſſe: vel dum alia [x] mora iudicij contingit.

D

XXIIII. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum*.

SEd & ad eos pertinet [y] qui conuenti †fruſtrantur, & qualibet [z] tergiuerſatione & ſolertia efficiunt ne cum ipſis agi poſſit.

XXV. GAIVS *libro quarto ad Edictum prouinciale*.

QVod quidem [a] ſimili modo ad eum quoque pertinere dicemus, qui non fruſtrandi gratia id faceret, ſed quòd multitudine rerum diſtringeretur. E

XXVI. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum*.

q *Ex ſupraſcriptis*. vt qa contra actionem perſonalem eſt prȩſcriptū, vel ſeruitutem. Sed nōne per huiuſmodi conuentionem perpetuatur actio: vt.C.de præſcript.xxx. anno.ſicut? Reſpond. hîc non fuit cōuentus per executorem. Vel dic ſecundum Io. fuit quidem: ſed illud quod eſt ibi, intelligitur tātùm in actione in rē: & in hoc corrigitur iſta. Itē oppo. Nōne debet ſeruari ſine damno in huiuſmodi dilationibus: vt in auth. de exhibē.§.nihil coll. v? Reſpon.ibi loquitur de dāno rei, nō actoris. Itē oppo.quia nec actor debet pati damnum: vt.ĩ.de iudi. l.ij.§.ſed & ſi. verſic.in omnibus. Sed illa ſecundū iſtam intelligitur, vt nō habeat damnū: quia reſtituitur. Itē oppo. quia poteſt interrūpere cōmuni iure: vt.C.de anna. exce. vt perfectius.ſed dic vt ĩ. eo.is qui. Accur.

r *Non poſſit*. vt ſi prædia vel bona eius inūdata ſunt: vel res illa quæ vſucapitur, nō appareat: vt. ĩ. de bonis auct.iudi.poſ.cū vnus. §.fi.vel nō habeat talia bona. & adde quod nota.ĩ.eo.is qui.

†id eſt, morantur l.Si caluitur. j. de verb.ſignifi.

ſ *Non latitet*. & ſic nō poteſt fieri talis miſſio, ex qua procedat venditio: vt.ſ.eo.l. item.§. hæc autem.

t *Finge*. bene dico reſtitui.

u *Aduocationes*. i. aduocatos. Et ſic notta quòd poſtulatio aduocati iuſta cauſa eſt dandi dilationē: vt.hîc, &.ſ.e.ti.ab hoſtibus.§.fi.&.C.de dila.l.j.&.ſ.de poſt.l.j.reſp. Ir.

Aduocati poſtulatio, iuſta cauſa eſt dilationis danda.

x *Vel dum*. ſ. quàm illa quæ datur propter aduocatos, vt deliberent ſuper libello. & facit.ĩ.de itine. actúque pri.l.j.§. præterea. Accurſius.

y SEd & ad eos pertinet. ſ.vt reſtitutio detur contra eos.

z Et qualibet. ſuperior lex auctore iudice differebat, hæc non.

a QVod quidem. quòd, id eſt quia.

SEd & ſi per prætorem.] CASVS. Si ſtetit per iudicem quò minus quis agere poſſet, & ideo actio expirauit, reſtituetur: & ſtare videtur quando iudex copiā ſui nō facit, vel corruptus per

UNED

SEd & ſi † per prætorem [a] ſtetit, reſtitutio indulgebitur.

Contra abſentem ex cauſa neceſſaria conceditur reſtitutio: ipſe verò non reſtituitur niſi cum procuratorem dimittere non poteſt: vel dimiſit, & mortuus eſt. Barttolus.

Aduerſus relegatum [b] reſtitutionem faciendam ex generali clauſula [c] Pomponius ait: ſed nõ & ipſi concedendam: quia potuit procuratorẽ relinquere. Ex cauſa tamen [d] puto etiam ipſi ſuccurrendum. Ait prætor: *Aut cum eum inuitum in ius vocare non liceret, neque defenderetur.*

Contra eum qui non poteſt vocari in ius reſtitutio conceditur. Bartolus.

Hæc clauſula ad eos pertinet, quos more maiorum ſine fraude [e] in ius vocare non licet: [f] vt conſulem, prætorem, cæteróſque qui imperiũ poteſtatémve quã [g] habent. Sed nec ad eos pertinet hoc edictum, quos prætor prohibet ſine permiſſu ſuo vocari: quoniam aditus potuit permittere: [h] patronos puta & parentes. Deinde adiicit: *Neque defenderetur.* [i] quod ad omnes ſupraſcriptos [k] pertinet, præterquam ad eum qui abſens quid vſucepit: quoniam plenè ſupra de eo [l] cautum eſt.

Si per negligentiam vel per dolum iudicis contingeret vt pereat ius agendi, reſtituitur. ſecus ſi culpa actoris. Bart.

Ait prætor: *Siue cui per magiſtratus ſine dolo malo ipſius actio exempta eſſe dicetur.* Hoc quo? [m] vt ſi per dilationes iudicis effectum ſit vt actio eximatur, fiat reſtitutio. Sed & ſi magiſtratus copia non fuit, Labeo ait reſtitutionem faciendam. Per magiſtratus autem factum ita acccipiendum eſt, ſi ius non dixit. alioquin ſi cauſa cognita [n] denegauit actionem. reſtitutio ceſſat. & ita Seruio videtur. Item per magiſtratus factum videtur, ſi per gratiam aut ſordes magiſtratus ius non dixerit. & hęc pars locum habebit, necnon & ſuperior *ſecúmve agendi poteſtatem non faciat.* nam id egit litigator ne ſecum agatur, dum iudicem corrumpit. *Actio empta* ſic erit accipienda, ſi deſiit agere poſſe. Et adiicitur, *ſine dolo malo ipſius*: videlicet vt ſi dol⁹ eius interuenit, [o] ne ei ſuccurratur. ipſis enim delinquentibus prætor non ſubuenit. [p] Proinde ſi dum vult apud ſequentem prætorem agere, tempus fruſtratus eſt: non ei ſubuenietur. Sed & ſi dum decreto [q] prætoris non obtemperat, iuriſdictionem ei denegauerit, non eſſe eum reſtituendum Labeo ſcribit. Idémque ſi ex alia iuſta cauſa non fuerit ab eo auditus.

Propter ferias repentinas ſi aliquis læditur, datur reſtitutio. ſecus ſi propter ferias ſolennes. Bartolus.

Si feriæ extra ordinem [r] ſint indictæ, [ſ] ob res puta proſperè geſtas, vel in honorem principis, & propterea magiſtratus ius non dixerit: Gaius Caſſius nominatim edicebat reſtituturum ſe: quia per prætorem videbatur factum. Solennium enim [t] feriarum rationem haberi non debere: quia proſpicere [u] eas potuerit & debuerit actor, ne in eas incidat. quod verius eſt, & ita Celſus libro ſecundo Digeſtorum

gratiam vel pecuniam ius non dicit.] ADVERSVS.] Dicit quòd aduerſus relegatum præſens reſtituitur: ſed relegatus non reſtituitur contra præſentem, ſi potuit procuratorem relinquere, niſi ex cauſa. [AIT PRÆTOR.] Quædam ſunt perſonæ quæ cõueniri non poſſunt: & ideo reſtitutio contra eas datur. ſed filius vel libertus non reſtituitur cum potuit veniam impetrare. [SI FERIÆ.] Ad actionẽ meũ proponẽdam ſupererant duo dies vel viij. litem volebam cõteſtari ad perpetuandã actionem meam: ſed non potui propter ferias repentinas quas indixit Imperator. reſtituar: quia has non potui præuidere in tẽpore actionis meę. [QVOTIENS.] Generaliter dico quòd læſus reſtituẽdus eſt ad id in quo læſus eſt. vnde ſi præſente Titio poſſedi rẽ ſuam vno die minus tempore in vſuca. ſtatuto, & poſtea abeſſe cœpit: ille ſolus dies reſtituitur ei. [ITEM INQVIT PRÆTOR Poſuit ſpeciales clauſulas quas in edicto propoſuit: ſubiicit generalem quæ talis eſt: In integrum reſtituã quo caſu iuxta cauſa mihi videbitur. ex qua clauſula reſtituitur legatus alicuius ciuitatis: vel ille qui euocatur cauſa dicẽdi teſtimonij: & q peregrinationis cauſa: & cauſa appellationis proſequendæ: & ſubuenitur ei qui ex iuſta & neceſſaria cauſa abſens eſt. ſ. in damnis & in his quæ lucrari poterat ſi præſens eſſet, ſine damno alterius. Vi.

† Simile in ca. ſi autem. cũ gloſ. pe. extra de reſ. & per Inno. in c. ex trãſmiſ. circa. medi. extra de reſcrip.

a *Sed & ſi per prætorem.* ſed tunc non videtur tempus currere ipſo iure: vt in auth. vt ſpon. larg. §. hoc quoq;, col. ix. Sol. præſcriptio inſtãtiæ iudicij ipſo iure non currit: vt ibi. ſed præſcriptio actionis bene currit: vt hîc, &. ĩ. e. §. item per magiſtratus. & no. quòd poteſt dici quòd hîc exponuntur illa verba quæ diximus non exponi. ſ. eo. l. j. §. j. ibi, cúmve magiſtratus &c.

b *Aduerſus relegatum.* qui ciuis. & dominus ſuarum rerum permanet.

Abſens poteſt quis tripliciter dici.

c *Generali clauſula.* qua dicitur, ſi qua iuſta cauſa &c. vel dic ex illa qua quis contra abſentem non defenſum reſtituitur? quæ dicicitur generalis reſpectu illius qua ſubuenitur abſentibus: de qua fit mentio. ſ. eo. l. item. in fi. j. reſpon. &. ſ. e. l. j. §. j. ibi, nec ex generali clauſula cum abſens non defenderetur. & refertur hæc generalis ad relegatum. ſed quando ipſe reſtituitur: poteſt reſtitui ex clauſula generali vel ſpeciali prout euenit.

d *Ex cauſa tamen.* puta ſi procuratorem reliquit, & mortuus eſt: vt. ĩ. eo. necnon. &. l. ſi qua. §. j. vel relinquere non potuit: nec per ſe potuit præſidem adire. aliàs non reſtituitur: vt. ſ. de mino. Papinianus. & in hoc eſt differentia inter eum qui abeſt neceſſaria cauſa tantum, quia non reſtituitur ſi potuit relinquere procuratorem: & probabili tãtum: quia licèt potuerit relinquere procuratorem, tamen reſtituitur ſi non reliquit: vt. ĩ. e. necnon & probabili & neceſſaria: quia idem: vt. ĩ. ea. l. §. item inquit. in fin.

e *Sine fraude.* i. pœna: vt. ĩ. de edili. edic. l. cũ autem. §. excipitur.

f *Non licet.* vt hîc, &. ſ. de in ius voc. l. ij. &. ĩ. de iudic. l. pars. Sed hodie videtur quòd liceat: vt in auth. vt dif. iudic. §. ſi tamen. col. ix. quæ eſt contra. Sed ibi loquitur eo caſu quando opprimit ſubiectos prætextu officij ſui: vt. C. ad leg. Iul. re. l. iubem⁹. quo caſu debet corã epiſcopo cõueniri: vt in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatẽ. coll. ij. & in. d. contrario: hîc de alio facto vel re, nõ ratione officij.

g *Quam.* i. aliquã: quod dicitur merum imperium: vt. ſ. de iuriſ. om. iudi. l. iij.

h *Permittere.* & permiſiſſet de facili, ſi actio ſit ciuilis. ſi autem ſit famoſa, tunc cauſa cognita: vt ſupra de in ius vocan. ſed ſi hac. §. pe. & fi. Item not. non ſubueniri ſi non impetrauit quod facilè obtinuiſſet: vt argu. ĩ. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. penult.

i *Neque defenderetur.* bis poſuit prætor in edicto ſuo, neque defenderetur. hîc autem vltimum exponit.

k *Supraſcriptos.* ſcilicet tres articulos.

l *De eo.* id eſt alia vice. hoc idẽ poſitũ fuerat quod prædicta reſpiciebat ſpecialiter. Et ſic not. quòd generalis clauſula non porrigitur ad ea de quibus ſpecialiter comprehenditur: vt. ĩ. de verb. obli. l. doli. & de legat. iij. l. vxorem. §. feliciſſimo. & de legat. j. l. talis. in fi. & l. ſi quando quis.

m *Hoc quo.* ſcilicet eſt adiectum?

n *Cauſa cognita.* vt dicit. ĩ. §. ſed & ſi dũ decreto &c.

o *Interuenit.* in hoc vt magiſtratus non redderet ſibi ius.

p *Non ſubuenit.* vt. ĩ. de regu. iur. l. non fraudantur. §. nemo. Accurſius.

q *Decreto.* vt quia ſtatuit ei tempus intra quod de ſuo iure proponeret: quod non fecit: arg. C. de inge. ma. diffamari. & ar. ĩ. de iureiur. l. iuſiurandum. & ad. §. ſi is licèt ſit. ar. contra. C. vt nemo inuitus. l. vna. ideoque denegauit ei prętor iuriſdictionem ſuam: vt hîc, &. ĩ. de re iudi. l. contumacia. vel cum [a] decreuiſſet vt rem aduerſario reſtitueret: & non fecit. nam poteſt poſtea denegare ei iuriſdictionem ſuam, vt non adeat eum in aliqua cauſa. & ſic poteſt intelligi. d. l. contumacia. Accurſius.

a] Bal. hîc dicit iſtã glo. ſing. ad hoc hoc ꝙ cõtumaci in vna cauſa poteſt iudex ei denegare audientiam in alia: quod eſt verum inter eaſdem perſonas iudice decernente: hoc addito quòd contumax in vno actu debet tamen citari ad alios act⁹. Bolog.

r *Si feriæ extra ordinẽ.* quæ dicũtur repẽtinæ: vt. C. de feri. à nullo. Sed appellari poteſt in talibus: ſed nõ exerceri: vt. C. de feriis. l. j.

ſ *Indictæ.* ex permiſſu principis: non aliàs: vt. C. de feriis. à nullo.

t *Solennium.* bene dicit reſtitutionem dari in repentinis. in ſolennibus enim ſecus eſt: quia eas &c. & ſolennes ſunt quæ ſunt C. de feriis. l. omnes.

u *Proſpicere.* ſic. ĩ. loca. l. ſi quis do. §. item quæritur. ibi, quia hoc. &. ĩ. ad leg. Aquil. ſi putator. &. ĩ. mand. ſi fideiuſſor. j. §. ſi cum.

Sed

ſcribit. Sed cum feriæ [a] tempus eximunt, reſtitutio duntaxat ipſorum dierum facienda eſt, non totius temporis. & ita Iulianus libro quarto Digeſtorum ſcribit. ait enim reſciſſionem vſucapionis ita faciendam, vt hi dies reſtituantur, quibus actor agere voluit, & interuentu feriarum impeditus eſt.

B

## Vſucapione reſciſſa tempus abſentiæ tantùm reſtituitur. Barto.

Quotiens [b] per abſentiã quis non toto tempore aliquẽ excluſit, vtputa rem tuam poſſedi vno minus die ſtatuto in vſucapionibus tempore, deinde reip. cauſa abeſſe cœpi: reſtitutio aduerſ⁹ me vni⁹ [c] diei facienda eſt. Item inquit prętor: † *Si qua alia mihi iuſta cauſa videbitur, in integrum reſtituam.* Hęc clauſula [d] edicto inſerta eſt neceſſariò. multi enim caſus euenire potuerunt [e] qui deferrent reſtitutionis auxilium, nec ſingulatim * enumerari potuerunt: [f] vt quotiens æquitas reſtitutionem ſuggerit, ad hanc clauſulam erit deſcendendum: vt puta legatione quis pro ciuitate funct⁹ eſt: æquiſſimum eſt eum reſtitui, licet reip. cauſa non abſit. [g] Et ſæpiſſimè conſtitutum eſt adiuuari eum debere ſiue habuit [h] procuratorem ſiue non. Idem puto & ſi teſtimonij cauſa ſit euocatus ex qualibet prouincia [i] vel in vrbem vel ad principem. nam & hîc ſæpiſſime eſt reſcriptum ſubueniri. [k] Sed & his qui cognitionis gratia vel appellationis peregrinati ſunt, ſimiliter ſubuentum. Et generaliter quotienſcunque quis ex neceſſitate non ex voluntate [l] abfuit, dici oportet [m] ei ſubueniendum.

† Materiam huius.§.habes per canoniſtas extra de reſt. in integ. c.I.

* ſingillatim.

a *Sed cum feriæ.* non totius temporis, ſcilicet vſucap. vel anni vel quadriennij.

b *Quotiens.* hîc exponitur earum rerum.

c *Vnius.* hîc quæro ſi minori tempore ſit læſio quàm anno, puta vno die, vt hîc: an hîc dies tantũ reddatur, an verò vnum quadriẽniũ? Et hîc dicit quòd dies tantum: vt.ſ.pro-xi.§.& colligitur ex his quod ſtatim dicam. Secundò quæritur an hic dies reddatur ſtatim poſt reuerſionem, & poſt modicũ tempus: an verò vſque ad quadriennium quandocũque ille dies reſtituatur. Et dicunt quidam quandocunque intra quadriennium reſtitui diem. aliàs quomodo in vna die poterit petere reſtitutionem, & cauſam complere, omniáque expedire? Sed tu dic contra, ſecundũ Bul. & Ir. quòd ſolus ille dies ſit reſtituẽdus. & infra illam diem, ſi negligat, ſibi imputet quòd ſe arctauit: vt & ſ.ſi quis cau.l. ij.§. pe. & eſt pro hoc.ſ. de mino.l.fi.& hic.&.ſ.proxi. & infra quando ac. de pec.eſt an.l.cũ poſt. & ad Vell. debitrix.§.ſi pro eo.&.j.de his quæ in frau.cre.l.ait prętor. §.præterea.&.§. partũ. verſic.ſi conditionalis. &.j.e. necnõ.§. ſi quis ſępius. &.ſ.e.l.ergo.in fin. Præterea qui vſucepit, non debet eſſe deterioris conditionis quàm ſi non vſucepiſſet. eſſet autẽ, ſi maius tempus redderetur. Itẽ econtra hic non debet eſſe melioris conditionis quàm ſi non foret vſucaptum: vt.j.e.ti.l. videlicet. &.ſ.eo.l.j.in fin.j.reſpon. Item quæro an poſſit perpetuari lite conteſtata petitio in integr. reſtitutionis? dico quòd non: ſicut nec de dolo actio: vt.C.de tempo.in integ. reſtitutio.l.petendæ. & de dolo. l. fin. Item an vtilis reſtituta poſſit perpetuari? Reſpon.ſic: cum non inueniam prohibitum: vt.j.eo.necnon.§.quod eius. Sed ſi non perpetuatur, tollitur anno vel quadriennio: vt.C.eo.l.fin.& j.de actio.& obli.l.in honorariis. Accurſius.

d *Hæc clauſula.* ſcilicet generalis.

e *Potuerunt.* vt.ſ.de in integ.reſtit.l.pe.&.C.de tempo.& re.ap.l. cum anterioribus.§.j.ſ.de legib.& ſena.conſul.l.neque leges. & ſunt iſti caſus vt hîc ſubiicit, &.j.eo.l. necnon.j.reſpon. &.§.j.& l.inter eos.&.C.de appel.l.præſes.&.j.de inſtito.habebat.in fi.j. reſpon.&.j.quando act.de pecu.eſt an.l.quæſitum. &.j.de itine. actúque priua.l.j.§. ſi quis. Accurſius.

f *Potuerunt.* ideoque ſubiecta eſt generalis clauſula, vt quotiens &c.

Roma tantũ dicitur reſpublica.

g *Non abſit.* quia tantùm Roma dicitur reſpublica: aliæ verò ciuitates loco priuatorum ſunt: vt.j.de verbo.ſignifi. eum qui vectigal. Quandoque etiam quodlibet oppidum dicitur reſpublica: vt.j.de publi. l.ſed hi.§.j. Accurſius.

h *Habuit.* imò ſi habuit, non: vt infra eod. is qui. quæ eſt contra. Sol. vt ibi.

i *Prouincia.* in aliam prouinciam.

k *Subueniri.* vt.j.de iudi.l.ij.§.legatis. Accurſius.

l *Ex voluntate.* niſi ſit probabilis: vt.j.eo.l.necnon.j.reſpon.

m *Oportet ei.* ſed contra eum datur etiam ſi ex voluntate abeſt: vt ſ.eodem.l.j. Accurſius.

B

### XXVII. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum.*

ET ſiue quid amiſerit, vel lucratus non ſit, [n] reſtitutio facienda eſt, etiam ſi non ex bonis quid amiſſum ſit.

### XXVIII. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.*

NEcnon & ſi quis de cauſa probabili abfuerit, deliberare debet prætor an ei ſubueniri debeat, puta ſtudiorum cauſa, fortè procuratore ſuo defuncto: [o] ne decipiatur per iuſtiſſimam [p] abſentiæ cauſam. Item ſi quis nec in cuſtodia nec in vinculis ſit, ſed ſub fideiuſſorum ſatiſdatione, [q] & dum propter hoc recedere non poteſt, captus [r] ſit: reſtituetur, & aduerſus eum dabitur reſtitutio. *Quod eius* (inquit [ſ] prætor) *per leges, plebis ſcita, ſenatuſconſulta, edicta, decreta principum licebit.* Quæ clauſula non illud pollicetur, reſtituturum [t] ſi leges permittant, [u] ſed ſi leges non prohibeant. [x] Si quis ſæpius reipublicæ cauſa abfuit, ex nouiſsimo reditu tempus reſtitutionis eſſe ei computandum Labeo

n ET ſiue. *Lucratus non ſit.* quod potuit lucrari ſine alterius dãno: vt.ſ.l.Iulianus.§.eum.&.l.ſciendũ.&.l. denique. Acc.

NEcnon.] CASVS. In hac.l. dicitur quòd qui abeſt probabili cauſa, reſtituitur: licèt potuerit procuratorem relinquere: cum omnia ſint permiſſa per legem, quæ prohibita non inueniuntur. [SI QVIS.] Incepiſti rem meã vſucapere: cucurrit vnus annus vſucapionis: reuerſus fui: & medio tempore præſens fui: quod non cõputatur: vt.ſ.e.ab hoſtibus. Sed poſtea abſens fui per aliũ annũ: & poſtea fui reuerſus vt pri⁹. deinde fui abſens per aliud tẽpus: iterũ reuerſus fui. vnde cõpleta fuit vſucapio. modo quæro à quo tẽpore erit cõputandus terminus in integrũ reſtitutionis? Dicit quòd à tempore vltimæ reuerſionis. [SI CVM.] Rem meã poſſidebas in prouincia: & eam vſucapere incipiebas. deinde te Romæ inueni: nũquid tempus petendi in integ. reſtit. mihi curret, cũ Roma eſt cõmunis patria: vt j.ad muni.l.Roma? Indiſtinctè dicit quidam ſapiẽs tempus in inte. reſti. mihi nõ currere. Alius autem diſtinguebat an habeas ius reuocandi domũ, & nõ currat: ſi non haberes, tũc currat. iſta diſtinctio verior eſt. [EXEMPLO.] Rem meam vſuceperas: reſtitutus fui propter abſentiã, vel propter aliam iuſtam cauſam: quia detinebar fortè in vinculis: & reſciſſa vſucapione in integ. reſti. vtilem actionem potui intentare. nam quæ prius fuit directa ante vſucap. poſtea reſciſſa vſucap. dicitur vtilis. antequam ergo illam intentarem, cecidiſti à poſ. tu poſſeſſor: illa poſſeſſio ad me peruenit ſine vitio meo: nunquid mihi dabitur exceptio ad illam poſ. defendendam? Dicit quòd ſic. [IN ACTIONE.] Miles rem meam vſucepit cum erat abſens. deinde reſcinditur vſucap. dicit quòd fructus quos interim ex illa re perceperit, debet mihi reſtituere. Idem erit ſi rem militis abſentis vſucepi. nã vſuca. reſciſſa eodem modo fructus militi reſtituere debeo. non enim debet alicui officium public. eſſe damnoſum vel lucroſum. Et hoc dicit cum.l.ſequen. Viuianus.

o *Defuncto.* idem ſi non reliquerit, licèt potuerit: cum non inueniam prohibitum: vt infra.ea.l.§.quod eius. aliàs eſſet idem in hoc quod in relegato: vt.ſ.eod.ſed & ſi.§.j.quod non debet eſſe. Alij dicunt idem in vtroque.

p *Per iuſtiſsimam.* ſic.C.qui æta.ſe excu.l.j.&.ij. Accurſius.

q *Satiſdatione.* vt quia fideiuſſores dedit, & ſub pena quòd non recederet.

r *Captus.* id eſt læſus.

ſ *Quod eius inquit.* id eſt dixit: vt.eo.l.j.in fi.

t *Reſtituturum.* ſcilicet prætorem.

u *Permittant.* ſcilicet ſpecialiter.

x *Prohibeant.* ſcilicet expreſſe. Sed vbi prohibent? Reſpon. in libertate: vt ſupra de minori.l.ſi ex cauſa.§. aduerſus. Item in præſcriptione ſtatus defuncti: vt.C.ne de ſta. defunc.ſi mater. Et ſi obiicias quod illæ loquuntur in minoribus, at maioribus plus debet ſuccurri: vt infra eod.ſi qua. & ſupra ti.ij.auxilium. Reſp. quòd illud in excuſatione delictorum. at in reſtitutione rerum

UNED

bonum eſt argumen. non ſubuenitur minori, ergo nec maiori. Præterea lex prohibet ſæpe in hoc titu. vt infra eod. l. qui reipublicæ. & ſ. eodem. l. ſciendum. & l. antepen. & l. ſed & ſi. in fine. Item not. hîc quòd omnia ſunt permiſſa per legem, quæ prohibita non inueniuntur: vt hîc, & ff. de probat. l. ab ea: & de reſtitu. l. j. §. j. & ſ. de procura. mutus. §. cû quæritur. & C. de relig. l. ſtatuas. arg. contra. ſ. quòd omnia ſint prohibita niſi conceſſa inueniantur: vt ff. de col. illi. l. iij. §. j. Sed illud ideo, quia illicita ſunt: vt. eo. tit. l. j. & ſupra quod cuiuſq; vni. l. j.

putat.[a] Sed ſi omnes quidem abſentiæ annum colligant, [b] ſingulæ minus anno: vtrum annum ei damus ad reſtitutionem, an verò tantum temporis quantum nouiſſima eius abſentia occupauit: videndum. & puto annum [c] dandum.

Qui eſt in loco vbi poteſt conueniri, præſens eſſe videtur: niſi habeat exceptionem fori. h. d. vel ſic: Qui eſt in communi patria, præſens eſſe videtur. Barto.

† Iſte. §. ad hoc ſolet allegari quòd habẽs exceptionẽ declinatoriã iudicij. nô dicitur poſſe côueniri, ſecũdum Bal.

Si cum [d] in prouincia † domicilium haberes, eſſes autem in vrbe, [e] an mihi [f] annus [g] cedat, quaſi experiundi poteſtatem habeam? & ait Labeo non cedere. Ego autem puto hoc ita verum, ſi ius reuocandi [h] domum aduerſarius habuit: ſi minus, videri eſſe experiundi poteſtatem: quia & Romæ conteſtari litem potuit. [i]

Sicut actio reſciſſoria non poteſt intentari niſi reſtitutione præhabita, ita nec exceptio poteſt obiici ab eo contra quem eſt præſcriptum, niſi primò redierit, & conueniatur à præſcribente. hoc dicit. & fortis eſt iſte. §. Bartolus.

Exemplo reſciſſoriæ [k] actionis etiam exceptio ei qui reipublicæ cauſa abfuit, competit, fortè ſi res ab eo poſſeſſionem nancto [l] vindicentur.

In actione reſciſſoria veniunt fructus. Bartolus.

B In actione reſciſſoria quæ aduerſus militem competit, æquiſſimum eſſe Põponius ait, eius quoque temporis quo abſens defenſus non eſt, fructus eum [m] præſtare. ergo & militi debebunt reſtitui. [n] vtrimque actio erit:

XXIX. AFRICANVS *libro ſeptimo Quæſtionum.*

Videlicet ne cui officium publicum vel damno [o] vel cõpendio ſit.

C Reſtitutio ex hoc edicto datur contra heredem ſicut contra defunctum. Bartolus.

XXX. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum.*

Cvm miles qui vſucapiebat deceſſerit, & heres [p] impleuerit vſucapionem: æquum [q] eſt

a *Labeo putat.* Tres ſenſus portat hoc participium. Vel quòd vltimę abſentiæ tempus reſtituatur tantû: quod nô placet, vt. ff. proxi. reſponſ. Secundò quòd reſtituatur ei totû tempus, etiã vſucapio medij anni quo fuit præſens. Sed & hûc reprobo ſtatim per hãc glo. ff. ſed nonne &c. & apponit tertiû, quòd dic vt ibi: & habet locum quod ſequitur: ſecundum quã pone caſum hoc modo: Sed nonne malè putat? tempora enim quæ cucurrerunt in præſentia, inter abſentes computãtur cû effectu, modico tantû tẽpore inde ſubducto: vt. ſ. eo. ab hoſtibus. §. ſed quod. non ergo ex nouiſſimo reditu. Reſpon. imò bene: quia ſecundum hoc. §. iſte intelligitur: vt reſtituatur ei tempus vſucapionis, excepto quo fuit præſens. Et poteſt poni in læſo prima abſentia: & in lædendo ſecunda. In læſo, vt ſi primò per annum fuiſti abſens, quo fuit completa vſucapio: reuerſus fuiſti præſens per ſex menſes: poſt iterum abſens. quando ergo demum redibis. ſex menſes tibi redduntur, qui ſupererant quãdo ſecundo incepiſti eſſe abſens. In lædendo ſic: primò fuiſti abſens per annum medium vſucapionis: poſt præſens. ſecundò fuiſti abſens vltimo menſe vſucapionis: eo finito ſtatim reuerteris. reſtitueris ergo ad annum & menſem. & ſic beneficia coniunguntur: vt. C. de tem. in integ. reſtit. l. j. ij. iij. & iiij.

Reſtitutionũ tempus qualiter abſenti cõputari debet.

b *Colligant.* ſcilicet vtilem, loco cuius eſt quadriennium: vt. C. de temp. in integ. reſtit. l. ſuperuacuam, in fin.

c *Et puto annum*, ex hoc. §. duæ ſententiæ Bul. confirmantur. Prima quòd vſucapione completa in præſentia poſt modicum tempus datur reſtitutio: vt in primo reſpon. huius. §. quod M. negauit, prout poſui in lædendo: vt plenè dixi. ſ. eod. l. ab hoſtibus. §. ſed quod. Secunda, quia ſi minori tempore anni læſus eſt, illud ſolum redditur: vt in fin. huius. §. & hoc plenè dixi. ſ. eo. ſed & ſi. §. quotiens. Sed dicunt, verè hoc ſolum redditur. ſed intra quadriennium quandocunque vult etiã negligendo. quod nihil eſt: cum verbis non rebus iam lex imponeretur: quod eſſe non debet: vt. C. communia de leg. l. ij. Sed ſi annum & non plus colligat: quomodo vnquam habebit integrum annum ſecundum nos qui dicimus tempus quod in præſentia currit, cõputari pro eo quod fluxit in abſentia? nunquam enim poteſt eſſe quòd aliquod tempus nô fluat, & cum ibit ad iudicem, & cum loquitur cum aliquo. Reſpon. illud tempus quod labitur in quęrendo iudicem, & ea quæ ſunt ei in reſtitutione neceſſaria, pro abſentia reputatur: vnde nô nocet ei quò minus totum tempus ſubducatur: vt. ſ. eo. l. ab hoſtibus. §. ſi. Sed quod fluit negligenter, tunc verè minus anno habebit. Item oppo. quòd ſi modicum tempus pro abſentia habetur: & poſt abſentiã datur modicum tempus: ergo poſt modicum tempus datur & aliud modicum tempus, & ſic deinceps in infinitum. Reſpon. in hoc tantum pro abſentia haberi, vt non ei computetur tempus adhuc loco eius quod fluxit in abſentia. Item quid ſi plus anno cõtinuo? Reſpon. totum.

d *Si cum.* ſiue præſentis rem abſens, vel econtra, læſus habet annum: intra quẽ ſi inueniat aduerſariũ, quæritur an cedat annus.

A e *In vrbe.* ſcilicet abſens à domo.

f *Mihi.* Romæ exiſtenti.

g *Annus.* intra quem eram reſtituendus.

h *Reuocandi domum.* quod ex cauſa legati: vt infra de iudic. l. ij. §. legatis.

i *Potuit.* & finire etiã cum ſit communis patria: vt. ff. ad municip. l. Roma. Et not. ex hoc §. hunc annũ vtilẽ fuiſſe. Sed quid hodie de quadriennio? Videtur continuũ: vt. C. de tẽp. in inte. reſti. l. ſi. Sed dico quo ad hoc vt dies feriati & nô feriati currant, continuum eſſe: non quo ad hoc quin deſinat currere ſi vel in principio ſui vel in medio fuit in aliqua cauſa qua deberet reſtitui vt iterum abſens: vt. C. de temp. in integ. reſti. l. j. & ſ. eadem. l. §. ſi quis ſæpius. & ſic quod ad quid eſt vtile, & quo ad quid eſt continuũ.

k *Exemplo reſciſſoriæ.* id eſt primæ vtilis reſtitutæ.

l *Nancto.* nactus fuit poſſeſſionẽ ſine vitio poſt impetratam reſtitutionem & habitam: & antequam reſciſſoriam intentaret. ſic intelligitur. ff. eo. ſi is cuius. aliàs niſi eſſet data reſtitutio, non daretur exceptio: vt arg. contra ſupra de neg. geſt. l. iij. §. pupillus. in fin. Et ſic not. quòd hæc actio reſciſſoria non datur niſi præhabita reſtitutione: vt. C. eo. l. fin. nec exceptio: cum exemplo actionis detur, vt hîc. nec replicatio: vt di. §. pupillus. Item nota hîc quòd cui datur actio, multo magis & exceptio: vt hîc, & ff. de ſuperfi. l. j. §. quod ait. & ff. de regu. iur. l. inuitus. §. j. & de inoffic. teſta. l. Papinianus. §. ſi filius. Accurſius.

Cui datur actio, multo magis & exceptio.

D m *Fructus eum.* ſcilicet abſentem, niſi præſens poſſederit medio tempore: vt. ff. ſi vſusfruct. l. pe. §. fi.

n *Reſtitui.* ſcilicet fructus ſuæ rei quam alius detinuit. & facit C. ſi aduer. tranſac. l. j. & ij. & ſupra de mino. l. quòd ſi minor. §. reſtitutio.

o Videlicet. *Damno.* Not. officium publicum non debere alicui eſſe damnoſum: vt hîc, & ff. de regu. iur. l. abſentia. & ff. quemadmo. teſt. ape. l. ſi quis ex ſign. & C. quod metus cau. l. ad inuidiam. Idem in priuato: vt. ff. de fur. l. ſi ſeruus ij. §. quod verò. & ff. de pet. here. l. pe. Item econtra officium publicum nô debet eſſe compendio: vt hîc ſubiicit, & ſ. eo. l. j. j. reſpon. in fin. & ff. de admi. tu. l. qui negotiationem. nec etiam priuatum: vt. ff. man. l. idémque. in principio. & ſ. ſi procurator. & l. ex mandato. Item opponitur in authen. de defen. ci. §. interim. coll. tertia. Reſpon. tamen vt in eo. titu. §. penul.

Officiũ publicum nulli debet eſſe damnoſum.

E Cvm miles. ] CASVS. Miles rem meam abſens incepit vſucapere: vſucapionem autem ceptam filius ſuus ſuccedens compleuit: contra heredem ipſius mihi datur reſtitutio. [SI IS.] Miles rem meam vſuceperat, rem eandem alij vendidit. dicit me reſtituendum. nam reſtituendus eſſem præſens contra illum abſentem. Idem eſt ſi abſens fuerit læſus à pręſente: vtputa re ipſius ablata per ſententiam: quia ei abſenti ſubueniri debet contra præſentem. Viuianus.

p *Et heres.* ſcilicet præſens, non in militia. Et ſic pro Bul. in eo quod dixi. ſ. eo. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ſcilicet finita vſucapione poſt modicum tempus dari reſtitutionem. Sed M. dicit hunc heredem fuiſſe militem: & dum militat, impleta eſt vſucapio. Sed quare diceret in herede militis, cum idem eſſet in herede cuiuſlibet ruſtici ſi ipſe heres ſit miles?

q *Aequum.* non autem de rigore, cum præſens contra præſentẽ vſucapionẽ perfecerit. ſic & in contrario caſu ſi abſens cõtra abſentẽ velit reſtitui, de rigore quandoque denegatur: ſed de æquitate

tate conceditur:vt infra de adqui.here.Pãnonius.§.Metianus.

a *Vſucaptũ*. id eſt vſucapione completum.

b *Seruando ſint*.ſcilicet quæ ſeruarentur in defuncto.

c *Quaſi iuncta*. dominium continuatur à teſtatore in heredem : vt inſtit.de hered.quæ ab inteſt.§.ſui autem heredes fiunt. & infra de bo.poſſ. l.j. Item poſſeſſio, vt hîc. Sed cõtra in poſſeſſione,niſi fuerit apprehẽſa: vt infra de adqui. poſſ.l.cũ heredes.j. reſpon. &.l. qui vniuerſas. §. quod p colonũ. &.j.de cri.expi.here.l. ij.quæ ſunt contra. Solu.ſecũdum quoſdam ille in extraneo : hîc in ſuo herede: [a] argu. inſti.de here.qual. & dif. §.ſui. &.§. extranei. Alij hãc ſecundũ illã intelligunt, ſcilicet cum fuerit apprehenſa: & ideo hîc ponit quaſi. Tu dicas quòd hîc dicit quo ad vſucapionẽ cõplendam,quæ completur etiam antequã heres poſſideat: vt hîc ſubiicit, & infra de vſucapio.l.nunquã.ij.§. vacuum.&.l. cœptam. niſi medio tẽpore fuiſſet ab alio apprehenſa. & ideo dicit hîc,plerũque: vt.j.de vſucap.l. poſſeſſio.Accur.

Poſſeſſio an à teſtatore in heredẽ continuetur.

† Sunt qui legendũ putent, Vincta: ſed nos Florentinã lectionem ſequimur.

a] Iſtud non eſt verũ ſecũdum Bart. hîc:ideo dic aliter ſecũdum eundẽ, quòd poſſeſſio cõtinuatur ipſo iure : vt in cõtrario: & qđ hîc dicitur, verũ eſt quo ad vſucapionẽ: quia cõtinuatur & perficitur hereditate iacente.

reſcindi quod poſtea vſucaptũ [a] eſt : vt eadem in heredibus qui in vſucapionem ſuccedunt, ſeruanda [b] ſint: quia poſſeſſio defuncti quaſi iuncta [c] † deſcendit ad heredem,& plerũque nondum hereditate adita completur.

Poſt completam vſucapionem, & etiam poſt rem alienatam cõceditur reſtitutio.Bartolus.

Si is qui reipublicæ cauſa abfuit, vſucepit,& poſt [d] vſucapionẽ alienauerit rem,reſtitutio facienda erit: [e] & licèt ſine dolo abfuerit,& vſuceperit,lucro eius occurri oportet.Item ex reliquis [f] omnibus cauſis reſtitutio faciẽda erit : veluti ſi aduerſus eum pronũtiatum ſit.

Iſta.l.legitur in glo.duob⁹ modis, vno magis not.& h.d.Poſſeſſionis apprehẽſio habet vim cõteſtationis,& actionẽ perpetuat.Barto.

XXXI. IDEM *libro quinquageſimotertio ad Edictum.*

SI is [g] cuius rẽ vſucepit reipublicæ cauſa abſens, poſſeſſionem ſuæ rei ab illo vſucaptæ nanctus ſit: [h] & ſi poſtea amiſerit,nõ tẽporalẽ ſed perpetuã habet actionẽ. [i]

Hactenus explicatũ eſt edictum, nũc varię ſpecies vel interpretationes commiſcentur.

Reipublicæ cauſa abeſſe quis dicitur ab ea die qua vrbẽ egreditur,vſquequo reuertatur ob publicam vtilitatẽ, nõ cauſa proprij cõmodi. h.d.cũ duabus ſeq. Bar.

d *Et poſt*.idẽ ſi ante.

e *Facienda erit* . non aperit aduerſus quem. dic ergo aduerſus vtrũque:vt ar.s̃.de mino.in cauſæ.j.§.fi . Et quãdo datur cõtra vnũ, alter vocatur,cum eum tangat:vt C.de auct. præſtan.l. fi. Sed an primò debet eligi abſẽs, ſicut venditor : vt in. d. l.in cauſæ? Reſpõ.nõ, forte quia ibi cõtraxit ille qui vendidit cum minore:ideo fuit plus grauandus . hîc autem non fuit contractum cum abſente ab eo qui petit reſtitui.

f *Item ex reliquis*. quidam ſic : non ſolùm ſi quid de bonis præſentium eſt deminutum per vſucapionem,ſed etiam ſi quæcunque alia damna paſſi ſunt,debent reſtitui:quod non placet propter exemplum quod ponitur in fi.Alij ſic:ex omni cauſa ex qua abſens contra præſentem reſtituitur:vt ſi etiam contra eum ſcilicet abſentẽ ſit pronuntiatum,ex eadem cauſa ſuccurratur præſenti contra abſentem:quod non placet propter idem exemplũ: quia licèt abſens in ſententia contra ſe lata reſtituatur ſecũdum diſtinctionem quam fecimus.s̃.de in integ.reſt.l.fin. tamen non ſic præſenti ſuccuritur. Tu ergo dic quòd mutat caſum prorſus: nam in ſuperiori fuit quãdo præſenti contra abſentem, nunc econtra.& dic eum,ſcilicet abſentẽ . Quo caſu aut fuit defenſus: & tunc ad appellandum.aut nõ,vel minus bene : & tunc ad totã cauſam:vt.d.l. vlti. non ergo reſtituitur contra ſententiam præſens contra abſentem,cum poſſit appellare præſens . ſed contra præſcriptionem tẽporalem exercitij cauſæ appellationis poſſit reſtitui vel ex clauſula generali , vel ex illa qua præſens contra abſentem qui non defenderetur,reſtituitur.

S*I is.*] CASVS. Abſens rem illam vſuceperat : impetraui in integ.reſti.non tamẽ adhuc vtilem actionem intentaueram: & in illo medio tempore ſi poſt in integ.reſti.impetratam , ante tamen act.propoſitam nactus ſum poſ.illius rei , & iterum eam amiſi,dicit quod decætero perpetuam habeo act . ad illam rem petendam.Viuianus.

g *Si is*.ſcilicet præſens.

h *Nactus ſit*.ſcilicet data inintegr.reſt . ſed non intentata reſciſ-

A ſoria.& fuit ſine vitio nactus:vt ſupra eõ.necnõ.§.exemplo.Sed videtur non perpetuari etiã data reſtitutione, ſicut nec exceptio ſiue replicatio quæ datur minori.vt infra de iureiur.l.nam poſtea.§.ſi minor.in fi.quæ eſt contra.Sed dic quòd hîc apprehenſio ipſa fuit pro litis conteſt.vt C.de præſcrip.xxx.ann.l. cum notiſſimi.§.imò.Alij tamen dicũt quòd hîc tam reſtitutio fuit data quã etiam reſciſſoria poſtea propoſita, & p ſententiam hanc ſecũdam poſſeſſio reſtituta : ſed tunc nulla eſſet dubitatio.

i *Actionem*.ſ. directã fortè cum dominiũ directum recuperaſſe videatur: vel hîc vtilem. Accurſius.

* acceſſerit, & is qui exceſſit.Cuiac. lib.12. obſer. cap 33.

XXXII. MODESTINVS *libro nono Regularum.*

ABeſſe reipublicæ cauſa intellegitur & is qui ab vrbe profectus eſt,licèt nondũ prouinciam [k] exceſſerit: * ſed is qui exceſſit donec in vrbẽ reuertatur.& hoc ad proconſules,legatóſq; eorum,& ad eos qui prouinciis præ- B ſunt, procuratoréſve principum qui in prouinciis [l] tenentur,pertinet:& ad tribunos militũ,& præfectos, & comites legatorum qui ad ærarium [m] delati, aut in commentarium [n] principis delati [o] † ſunt. *

Hæc lex ſummata eſt in præcedenti.Bartolus.

XXXIII. IDEM *libro ſingulari de Enucleatis Caſibus.*

INter eos qui ex generali clauſula [p] adiuuantur,& fiſci patro- C nus connumeratur . Eos qui notis ſcribũt [q] acta præſidũ, [r] reipublicæ cauſa non abeſſe [ſ] certum eſt.Militum medici,quoniam officium quod gerunt, & publicè prodeſt,& fraudẽ [t] eis adferre nõ debet : reſtitutionis auxilium implorare poſſunt.

XXXIIII. IAVOLENVS *libro quintodecimo ex Caßio.*

MIles commeatu [u] accepto,ſi in domo ſua eſt, [x] reip.cauſa abeſſe non videtur. Qui operas in publico [y] quod vectiga- D lium [z] cauſa locatum [a] eſt, dat, reipublicæ cauſa non abeſt. [b]

A*Beſſe.*] CASVS. Numerat iuriſcõ. perſonas quę dicuntur àbeſſe cauſa reipublicę vſque ad.l.is qui.Item dicit quòd aduocatus fiſci ſi lædatur, ex generali clauſula reſtituitur.Item dicit ꝙ tabelliones & medici vidẽtur abeſſe cauſa reipublicæ.Item ſi miles domi eſt de licentia principis vel tribuni ſui,nõ videtur abeſſe cauſa reip.exacto tẽpore licẽtiæ.Item dicit quòd ille qui conduxit vectigalia, non abeſt cauſa reipub . Quod poſtea ſequitur,planũ eſt vſq; ad.l.hi qui.

† relati, Bud.

* nomina eorum actis publicis inſcripta in ærario adſeruabãtur. Cicero epiſt. ad Torqua.

k *Nondum prouincia*. id eſt Italia . ADDITIO. Ex hac gl . habes qualiter Italia eſt prouincia, licèt gloſ. de hoc quærat in authen. Qua in prouincia . C. vbi de cri.agi opor. ſecũdum Bal.hîc . Addo quòd gl. in dicta auth. in verbo,in prouincia. ij.dicit quòd eſt domina prouinciarum.

l *In prouinciis*.id eſt qui mittuntur ad tribunos, licèt non ſint milites:vt.j̃.de bo.poſ.ex te.mili.l.j.

m *Ad ærarium*.id eſt procurarorem [b] fiſci,qui præeſt ærario.

b] imò,id eſt diarium & ephemeridẽ.vulgo regiſtrũ.Bud.

n *Commentarium*.locus eſt vbi captiui retinentur:vnde commẽtarienſes dicuntur cuſtodes eius loci:vt C.de cuſto.reo.l. ad cõmentarienſem.Vel locus eſt vbi princeps cum cõſiliariis ſuis ad mentem ſecreta reuocat,à comminiſcor.ſceris.

o *Delati ſunt*.à populo Romano.

p I*Nter eos.Clauſula*.vt.s̃.e.l.j.in fin.&.l.ſed & ſi.§.hæc clauſula.

q *Notis ſcribunt*.i.cõpendioſo ſcribẽdi genere,vt tabelliones.

r *Præſidum*.prouinciarum,cum ibi ſint de Roma,

E ſ *Non abeſſe*.quidam libri non habent non : & tunc eſt plana. Sed ſi habes,dic quòd ſui commodi cauſa aberat: & ſic nõ reſtituitur:vt.j̃.e.l.reip.Vel dic nõ abeſſe reip.cauſa:reſtituuntur tamen cum neceſſariò & non cauſa ſui lucri abſunt:vt,s̃.eod.l.ſed & ſi.§.fi.Accur.

t *Fraudem*.i.damnum.&facit.j̃.de exc.tu.ſi duas.§.grammatici.

u M*Iles.Commeatu*.id eſt licentia.

x *Sua eſt*.ſcilicet iam , & ſtetit per modicum tempus . aliàs adhuc abeſſe videtur:vt.s̃.eo.l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.& facit.j̃.l.proxi.§.fi.&.l.ſi cui.§.fi.

y *Qui operas in publico*. i.in republica,ſeu vectigali.

z *Quod vectigalium*.id eſt pro eo quod vectigalium.

a *Locatum eſt*.id eſt locatio facta eſt,ſcilicet ſibi . & ſic quia ſuo lucro facit,nõ reſtituitur.Vel dic,dedit operam vt publica vectigalia locarentur aliis,vt proxeneta.Accur.

b *Non abeſt*.hoc ipſo.

XXXV. PAVLVS *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

QVi mittuntur vt milites ducerent aut reducerent, aut legendi[a] † curarent,* reipublicæ cauſa abſunt: hi quoque qui miſſi ſunt ad gratulandum[b] principi:

Item procurator Cæſaris non ſolùm cui rerum prouinciæ cuiuſque procuratio mandata erit, ſed & is cui rerum, quamuis non omnium.[c] Itaque plures[d] ibi procuratores diuerſarum reipublicæ cauſa abeſſe intelleguntur. Præfectus quoque Ægypti reipublicæ cauſa abeſt: quíve aliam ob cauſam reipublicæ gratia extra vrbem aberit:[e] Sed & in vrbanicianis[f] * militibus[g] idem diuus Pius conſtituit. Quæſitum eſt de eo qui ad compeſcendos malos homines[h] miſſus eſt, an reipublicæ cauſa abeſſet. Et placuit reipublicæ cauſa eum abeſſe.

Item paganum qui in expeditione conſularis[i] iuſſu tranſierat, ibíque in acie ceciderat.[k] heredi enim eius ſuccurrendum eſt. Qui reipublicæ cauſa Romam profectus[l] eſt, abeſſe reipublicæ cauſa videtur. Sed & ſi extra patriam ſuam[m] reipublicæ cauſa profectus ſit: etiam ſi per vrbem[n] ei iter competit, reipublicæ cauſa abeſt. Similiter qui in prouincia eſt, vt primum aut D domo[o] ſua profectus eſt,[p] aut cum in eadem prouincia degit[q] reipublicæ adminiſtrandæ cauſa: ſimul* agere[r] rempublicam cœpit, ad ſimilitudinem[ſ] abſentis habetur. Et dum eat[t] in caſtra[u] & redeat, reipublicæ cauſa abeſt: quòd & eundum ſit in caſtra militaturo, & redeundum. Viuianus ſcribit Proculum reſpondiſſe, militem qui cõmeatu abſit, dum domum vadit aut redit, reipublicæ cauſa abeſſe:[x] dum domi ſit, non abeſſe.

XXXVI. VLPIANVS *libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.*

REipublicæ cauſa abeſſe eos ſolos intellegimus, qui nõ ſui cõmodi cauſa, ſed coacti[y] abſũt.

XXXVII. PAVLVS *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

B HI qui in prouincia ſua vltra tempus à conſtitutionibus[z] conceſſum adſident, publica cauſa abeſſe non intelleguntur.[a]

Qui accipit vel gerit officium contra ius officialium, priuilegio non gaudebit. Barto.

XXXVIII. VLPIANVS *libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.*

SI cui in prouincia ſua princeps adſidere ſpeciali beneficio permiſerit,[b] puto eum reipublicæ cauſa abeſſe.[c] Quòd ſi non ex permiſſu[d] hoc fecerit: conſe- C quenter dicemus, cum crimẽ admiſit,[e] nõ habere eum priuilegia eorũ qui reipublicę cauſa abſunt.

Durãte officio dicitur quis abeſſe cauſa reipublicæ, etiam eo finito quoad redire poterit ſecũdum qualitatem perſonæ. Bartolus.

Tãdiu reipublicæ cauſa abeſſe quis videbitur, quandiu officio aliquo præeſt. quòd ſi finitum fuerit officium, iam deſinit abeſſe[f] reipublicæ cauſa. Sed ad reuertẽdum ili tempora computabimus D ſtatim atque deſiit reipublicæ[g] cauſa abeſſe, ea quibus reuerti in vrbem potuit. & erit moderatũ,[h] tempora ei dare quæ lex reuertẽtibus præſtitit.[i] Quare ſi quò deflexerit ſuę rei cauſa, non dubitamus id tempus ei nõ proficere: habitáque dinumeratione tẽporis quo reuerti potuit, ſtatim eum dicemus deſiiſſe reipublicæ cauſa abeſſe. Planè ſi infirmitate impeditus continuare iter non potuit, habebitur ratio humanitatis:[k] ſicuti haberi ſolet & hyemis, E & nauigationis, & cæterorũ quæ

---

a QVi mittuntur. Legendi. id eſt eligendi probos mittendos ad principem.

b *Ad gratulandum.* fortè vt faciant coram eo haſtiludium: vel ciuitas quæ minus bene ſe habet, cum eo mittit aliquos qui applaudant ei offerendo ſeruitia.

c *Non omnium.* & dic ſcilicet procuratio eſt mandata.

d *Plures.* à principe conſtituti reipublicæ cauſa.

e *Aberit.* ſubaudi, eſt abſens reipub. cauſa.

† Ratio latinitatis videtur exigere vt legamus, legendos.

* legendi curã agerent.

f *Vrbanicianis.* qui cuſtodiũt ciuitatem Romanã præcepto principis.

g *Militibus.* ergo omnis qui eſt extra vrbẽ, ſi alicui⁹ dignitatis gratia eſt, cauſa reipubli. abeſt. ſed ſi in vrbe eſt, nõ, niſi ſit miles: vt ꝓbatur. ſ. eo. l. & qui data. in fin. & l. vt ſunt. & l. milites. & l. abeſſe. & j. e. l. §. ſed & ſi extra.

h *Malos homines.* quæ eſt cura præfect. vrb. vt ſ. de offic. præfect. vr. l. j. §. quies.

* vrbanicis vrbanis.

*Conſularis.* aliàs cõſulis.

k *In acie ceciderat.* ſubaudi, reſtitui placet.

l *Romã profectus.* non tamen compleuit adhuc iter.

m *Sed & ſi extra patriam ſuam.* à principe ergo vel ad principem miſſus.

n *Per vrbem.* Romã: quæ eſt communis patria: & ideo quaſi ſit domi, non videbat̃ abeſſe reipublicæ cauſa.

o *Aut domo.* id eſt à domo.

p *Profectus eſt.* in ciuitate tamen ſua eſt adhuc: vt differat à ſequẽti. & dic profectus eſt ad principẽ vel ad papam. aliàs ſi de ciuitate ad ciuitatem, non dicitur abeſſe reipublicæ cauſa, licèt habeat idẽ priuilegium reſtitutionis: vt ſupra eod. ſed & ſi per prætorem. §. fi.

* ſimul, pro ſimul atque.

q *Degit.* eũdo. vel dic degit ſtando alicubi in itinere pro aliquo negotio principis.

r *Agere.* & ſic etiam antequam vadat dicitur abeſſe, cum ſe præparet: vt. j. de lega. l. legato. ſicut econtra cum eſt reuerſus: vt. ſ. eo. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter.

ſ *Similitudinem.* ac ſi iam eſſet Romæ, vel apud principem.

t *Eat.* ſcilicet miles.

u *In caſtra.* id eſt in exercitum. vnde dicitur in Exodo: Caſtrametati ſunt filij Iſraël iuxta aquas.

x *Abeſſe.* vt hîc, &. ſ. l. proxi. j. reſpon. Sed contra. j. de re milit. l. j. Sol. ibi ocioſè redibat: vt. j. eo. l. ſi cui. §. tandiu.

y R*Eipublicæ. Coacti.* ſ. principaliter: vt hîc, &. ſ. eo. item hi. §. fi. & l. ſeq. &. j. eo. l. non verè. Accur.

H*I qui.*] CASVS. Nullus in ſua patria aſſidere debet niſi quatuor menſibus: & tũc cum permiſſione principis. Si ergo quis aſſideat vltra quatuor menſes, nõ abeſt cauſa reipu. niſi A princeps permittat: quia tunc abeſt: vt in prin. l. ſequ. quæ continuatur cum iſta.

z *Conſtitutionibus.* ſcilicet quatuor menſium: vt C. de adſeſſ. l. in cõſiliariis. & hoc ex cõceſſione principis, non alia: vt. j. l. proxim. Vltra ergo nullo modo etiam principe permittente: niſi fortè diceret non obſtante hac lege: vt argu. j. de leg. iij. ſi quis. in princi. in gl. accipiat. ibi. item not. arg. Fallunt tamen prædicta in aſſeſſore procuratoris Cæſaris: tum quia iudex eſt inter fiſcũ & priuatum. vnde vni priuato plus quàm alij ſuſpectus haberi nõ debet. tũ quia ſalarium habet de propria burſa procuratoris: vt. ſ. de adſeſſori. l. fin. ſed quare prohibetur quis in ſua prouincia aſſidere? Reſpond. propter ſuſpicionẽ, ne quid gratioſè ageret. Item quia nõ timeretur, cum nemo ꝓpheta ſit receptus ſine honore niſi in patria ſua.

Propheta nemo accept⁹ in patria ſua.

a *Non intelligũtur.* imò puniuntur: vt. d. l. C. de aſſeſ. l. in conſiliariis. Accurſius.

b S*I cui. Permiſerit.* quatuor mẽſibus vel minus: vt dixi. ſ. l. proxi. Alij dicũt quòd de iure communi poteſt per quatuor menſes: vltra autem ex permiſſu principis. quod nõ placet.

c *Abeſſe.* ſecus in magiſtratu: vt. ſ. eod. l. vt ſunt. Sed quare ſecus? Reſpõ. quia iſti habẽt ex principis beneficio principaliter quod poſ ſint aſſidere. quod debet eſſe ab omni deminutione extraneum: vt in authen. conſtit. quæ de digni. §. illud. colla. ſexta.

d *Ex permiſſu.* principis, vel præfect. præto. vt C. de aſſeſ. l. in conſiliariis.

e *Cum crimen admiſit.* ſ. ſacrilegij: vt C. de crim. ſacri. l. fin. Et not. hîc ꝙ non debet quis pœnam & præmiũ ex eodẽ facto habere: vt ſupra de nego. geſtis. ſiue hereditaria. &. j. de interdic. & relega. l. relegatorum. in fi. &. j. de iudi. non aliàs. §. j. Sed argu. cõtra. j. de ſuſpec. tuto. l. decreto. & de excu. tuto. ſed & milites. §. ſcribit autem. verſi. j. in glo. vrbicis. & de his qui. vt indig. l. j. & ibi vide.

Pręmium & pœnam ex eodem facto quis cõſequi non debet.

f *Deſinit abeſſe.* ſic &. j. de iudi. l. ij. §. planè ſi perfecta.

g *Statim atque deſiit reipub.* i. ex quo cõmeatum accepit, modico tẽpore elapſo quo ſe poſſit pręparare ad recedendũ: quod magis intellectu &c. vt. j. de ſolu. l. ratũ. Et quod dicit, deſiit abeſſe, id eſt deſiit habere ſpem plus remanere. abeſt tamen donec domi erit, vt hîc ſubiicit: & ſupra eod. l. miles. & l. qui mittuntur. §. fin.

h *Moderatum.* id eſt bonum.

i *Præſtitit.* ſcilicet viginti milium diurnorum: vt ſupra ſi quis cau. l. j. & infra de verbo. ſignifica. l. iij.

k *Humanitatis.* ſiue habeas humanitatis, bona eſt. & facit. j. de

ap.non tantùm. ſiue humilitatis: & hæc bona eſt. Accurſius.

a *Contingunt.* vt infra de re mili.l.qui commeatus.

IS *qui.*] CASVS. Hîc dicit quòd præſens contra abſentem qui procuratorẽ reliquit, non reſtituitur: quia habuit iſte præſens quem conueniret: ſcilicet procuratorem. Vel dic hunc caſum quòd abſens non reſtituitur cõtra præſentẽ, quãdo ille abſens procuratorẽ reliquit, cum procurator eum defendit. Viuianus.

b *Abſuturus erat.* & iam cœperat abeſſe.

c *Non audietur.* ſub.ad totã cauſam, imò videtur audiri debere etiã ſi procuratorem dimiſerit: vt.ſ. eo. ſed & ſi per prætorẽ.§.fin. quæ eſt cõtra. Sol. hîc procurator eſt ſoluẽdo: & ſic conuenitur actione mandati: ibi non: & ſic reſtituitur.arg.ſ. de eo per quem fac. eſt.l.fi.j. reſpon. Vel hîc cauſa reipublicæ, ibi ciuitatis a cauſa abfuit. Vel hîc non reſtituitur ex clauſula ſpeciali, quia reipublicę cauſa abfuerit, ſed ex generali ſic: vt ibi. Vel hîc reliquit procuratorẽ per quem potuit defendi: ibi nõ. Vel dic ibi dicit in legato qui cõueniri non poteſt: vt.j. de iud.l.ij. §.legatis. hîc autem de alio abſente. Vel melius non reſtituitur ad totam cauſam: vt hîc, ſed ad appellãdum: vt ibi: arg.ſ. de in integr. reſt.l.fin. Vel non auditur ſcilicet præſens cum habuit quem conueniat: vt.ſ. item ait.§. quam clauſulam. ſed abſens ſic: vt in.l. cõtraria. Item oppo. quia videtur quòd hodie nullus præſens in talibus præſcriptionibus contra abſentem audiatur, cum potuit præſens iure cõmuni interruptionẽ facere temporis vel corã Epiſcopo, vel in ſubſidiũ in publico proponere ſiue porrigere vbi domiciliũ habet aduerſarius qui rem eius detinet, & abſens eſt, vel infans, vel furioſus eſt, vel in poteſtate poſitus: vt. C. de an.except.l. vt perfectius. quod cum non fecerit, indignus eſt reſtitutione: cum alio modo ſibi cõſulere potuit: ſicut cum habuit quem cõueniret, & tacuit: vt.ſ. eo. item ait.§. quam clauſulam. Sed reſpon. imò habet reſtitutionẽ: & licèt denegetur ſibi vbi habuit quem cõueniret: ideo eſt quia ad ſuum ſic potuit peruenire, cum ille dicatur defendere qui & iudica. ſolui promittit: vt.ſ. eod. item ait.§. fin. quod non conſequitur per huiuſmodi libellum, ſed interruptionẽ ſolam. Vel dic quòd illa lex, vt perfectius. loquitur tantũ in duobus caſibus. ſ. vbi quis detinet rem alienam, vel creditori obnoxiam: & ſecundum hoc in his duobus corrigerentur hæc iura. Item opp. nonne potuit mitti in poſſeſſionẽ vel rei petitæ, vel pro menſura debiti: & ſic ad venditionẽ venire? Reſpon. in primo non potuit fieri niſi poſſeſſor. Item & hoc demum poſt annum: at per reſtitutionẽ ad perfectionem venit. In ſecundo quãdo pro menſura debiti: & ſic in perſonali actione dices abſentẽ non latitare: & ſic non poteſt fieri venditio: vt.ſ. eo. item ait prætor.§.pe. nec per hoc interrumpitur abſentis præſcriptio: vt.j. de acqui. poſſ.l.iij. in fin. Vel non erant alia bona: vt.ſ. eo. ait prætor.§.fi. ADDIT. Tu dic ſecundũ Bal. quòd ambo cõtraria præcedentia, ſcilicet remediũ.l. vt perfectius. & remediũ miſſionis, ſunt remedia extraordinaria, & ſubſidiaria: & ideo non faciunt ceſſare reſtitutionẽ in integr. quia vnum remediũ extraordinarium non tollit aliud extraordinariũ. facit.ſ. quod me.cau.l. ſi cum exceptione.§. eum qui. & ibi no. Adde etiã arg. quod not. in.l. item ſi res.j.tit.j.

SI *quis.*] CASVS. Aliquis vxorẽ ſuam poterat accuſare de adulterio ab ea cõmiſſo intra.lx.dies: quia abfuit cauſa reipub. reuerſus eſt, & vult reſtitui vt liceat ei adhuc accuſare ſine metu pœnæ. Et reſpon. ꝙ audiendus eſt. [QVOD.] Quidam fuit per.x. an. in inſulã relegatus: & cum in relegatione eſſet, aliquid de bonis eius fuit vſucaptũ: poſtea impetrauit reſtitutionẽ pœnæ. Dicitur hîc quòd poteſt reſtitui ad rem ſuam venditam quæ vſucapta fuit. Vel pone exemplum in deportato, & idem iuris eſt. Viu.

a] Iſtud non placet ſcribẽ. quia non debet eſſe minus priui legiata abſentia cauſa reipubli. quã cauſa municipiorũ ſecundũ Bald

Defendere dicitur qui iudicatũ ſolui promittit.

cauſu contingunt. a

Iſta lex legitur duobus modis principaliter. Primò quando abſens qui dimiſit procuratorem, & habuit ſententiam cõtrariam, petit ſe reſtitui contra præſentem: & iſtud proſequitur gloſ. vſque ibi, vel non auditur & cæte. ibi gl. ponit ſecundam lec. ſcilicet quando præſens petit ſe reſtitui contra abſentem. Et ſecundum veram lect. hoc modo pone caſum: Abſens cauſa reip. legitimè defenſus non reſtituitur. h.d. Secũdum alteram lec. hoc intendit: Si abſens procuratorem dimiſit, præſens contra eum non reſtituitur: quia habuit quem conueniat. Bartolus.

XXXIX. PAVLVS *libro primo Sententiarum.*

IS q. reipublicæ cauſa abſuturus erat, b ſi procuratorẽ reliquerit per quem defendi potuit, in integrũ volens reſtitui non auditur. c

Militi militanti tempus accuſationis non currit. Barto.

XL. VLPIANVS *libro quinto Opinionum.*

SI qua militi accuſatio cõpetat tempore quo reipublicæ operam dedit, non perimitur. d

Abſens cauſa neceſſaria tantùm reſtituitur. hoc dicit. vel ſic: Deportatus reſtitutus habet beneficium huius edicti pro eo tempore quo bonis caruit. Bartolus.

Quod eo tempore quo in inſula aliquis fuit, e ex pœna ei irrogata cuius reſtitutionem impetrauit, f ab alio vſurpatũ g ex bonis quæ non erãt adempta, h probatũ fuerit, ſuæ cauſæ reſtituendum eſt. i

Abſenti reſtituitur actio cum onere ſuo. Bartolus.

XLI. IVLIANVS *libro trigeſimoquinto Digeſtorum.*

SI quis Titio legauerit ſi mortis ſuæ k tempore in Italia eſſet, aut in annos ſingulos quod † in Italia eſſet, & ei l ſuccurſum m fuerit, quia ob id quòd reipublicæ cauſa abfuit, excluſus fuerit à legato, fideicõmiſſum ab eo n * reliſctum præſtare cogitur. o Marcellus notat. p quis enim dubitauit, ſalua legatorum & fideicommiſſorum cauſa militi reſtitui hereditatem, quam ob id perdidit, quòd reipublicæ cauſa abfuit? q

XLII. ALPHENVS *libro quinto Digeſtorum.*

NOn verè dicitur reipublicæ cauſa abeſſe eũ qui ſui priuati negotij r cauſa in legatione eſt.

d *Non perimitur.* Pone exẽplũ in accuſatione l.Iul. de adul. i qua habet maritus priuilegiũ vſq; ad.lx. dies: qui nõ currũt abſenti reipublicæ cauſa: vt hîc, &.C. de adult.l. ob cõmiſſa. &.l. ſi quondã. Nec ei qui eſt in vinculis: vt j. de adul. miles.§. quidam. Secus in minore: quia ſibi currunt: vt.ſ. de mino.l. auxilium. Et eſt ratio quare abſenti nõ currũt: quia vtile tẽpus eſt, ideoque currit minori præſenti, non maiori abſenti: vt.j. de adul. ſi marit⁹. in prin. Nam nec hîc dicit reſtitui, ſed non currere: arg. contra.j. de ſepul. viola.l. ſepulchri violati. & dic vt ibi. Acc.

e *Fuit.* ſcilicet relegatus. & dic quòd pars bonorũ fuit ei adẽpta, vt hîc innuit, quod fieri non debuit: factum tamen tenuit: vt.j. de inter. & rele.l. relegatorum.§. ad tẽpus. vel dic a quòd erat deportatus, ſed pars bonorũ ei cõceſſa fuit tempore ſententiæ. aliàs nudus exulat: vt ſupra de cap. demi. tutelas.§. fi. Acc.

f *Impetrauit.* à principe. idem ſi ex indulgentia fuit ſibi pœna remiſſa, & ad pœnam tantùm fuit reſtitutus. Accurſius.

g *Vſurpatum.* id eſt frequenter vſitatum: vt ita loquar: vt infra de vſucap.l.ij.

h *Adempta.* nec enim adimi debuerunt: vt.j. de inter. & rele.l. relegatorum.§. ad tempus. Sed & ſi fuiſſent adempta, fiſci fieret: & non poſſent vſucapi: vt inſtit. de vſuca.§. res fiſci.

i *Reſtituendum eſt.* ſ. per prætorẽ: quia per omnia priſtina iura & honores & bona recuperat: vt inſtit. quibus mo. ius pa.po.ſol.§. cum autẽ. &.C. de ſen. paſ.l.j. & .ij. & per hoc patet ꝙ loquitur in relegato qui nõ amittit ciuitatẽ nec libertatẽ: vt.j. de interdic. & rele.l. relegatorũ.§. ad tẽpus. & inſti. quibus mo. ius pa.po.ſol.§. cũ autẽ. verſi. relegati. ſed deportatus nud⁹ exulat: vt.ſ. tit.j.l. tutelas.§. fi. Itẽ reſtituitur hîc: quia nõ potuit dimittere ꝓcuratorẽ. Vel fortè obiit quẽ reliquit: aliàs non reſtituitur: vt.ſ. tit.ij. Papinianus. quæ eſt cõtra. Vel ibi perpetuò, hîc ad tempus. Accur.

SI *quis.*] CASVS. Si aliquis reſtituatur vt habeat legatũ quod amiſit, ideo quia abfuit cauſa reip. habebit legatũ cum onere. nam iſte talis qui reſtituitur vt habeat legatũ, ad fideicom. præſtandũ hoc ipſo tenetur ac ſi tunc fuiſſet in Italia. Idem dicit in here. quia & poteſt reſtitui, & habebit here. cum ſuo onere: quia cum miles reſtituitur ad hereditatẽ, debet præſtare legata. Viuia.

k *Mortis ſuæ.* ſcilicet legatarij, vel ſui teſtatoris.

l *Et ei.* i. heredi, in primo caſu. Item ei.i. ſibi, in ſecundo.

m *Succurſum.* quod fieri debuit: vt.ſ. eo.l. Iulianus.§. eum.

n *Ab eo.* ſ. legatario, qui rogatus erat alij dare fortè medietatẽ.

o *Cogitur.* arg. contra.j. de leg. præſt.l.iij.§. item ſi quis.

p *Notat.* non reprehendẽdo reſponſionẽ, ſed indubitabilẽ quæſtionẽ faciendo. Imò verò quia de re minimè dubia reſpõderit.

q *Abſuit.* quaſi dicat, nullus.

r NOn vere. Priuati negotij. vt hîc, &.ſ. eo.l. reipublicæ. &.l. & qui data. Sed quid ſi partim ob rem publicam, puta vt fidelitatem iuret, partim pro ſe, vt feudũ adquirat, vel reconcilietur principi? Reſpon. inſpici & iudicari ſecundũ quod principalius intendebat: vt.j. nau. cau.l.j.§. caupo. & de proba. cum pro-

† quot. Flo d pro t. vt in veterib. lib. videre eſt.

* ab eo, pro à ſe, demonſtratiuũ pro relatiuo.

a] Bal. hîc dicit iſtã glo. fing. ad h c quòd pot ſt iudex referuare deportato aliquã partem bonorum ſuorum. Bol.

UNED

batio.& de auro & argen.lega.l.& ſi non ſunt.§.perueniamus.

SI quis.] CASVS. Aliquis ſtipulatus.x.in annos ſingulos quibus in Italia fuiſſet: ſi non fuerit in Italia, quia abfuit cauſa reipublicæ reſtituendus eſt.

a *Vel promiſſor.* diuiſim intellige duas ſtipulationes: vnã ſub conditione ſi ſtipulator in Italia: aliam ſi promiſſor ibidem eſſet. aliàs ſi ita cõmuniter ſub vna ſtipulatione dictum eſſet, ſufficeret alterum eſſe in ciuitate: & ſic nõ eſſet opus reſti. cõditione impleta.

b *Introducere.* de nouo, non reſtituere: vt s̃.eo.Iulianus.§.fi.

c *Eadem dicemus.* vt ſi quidẽ his caſibus reipublicæ cauſa abſit, reſtituatur: vt hîc, &.s̃. eod. ſi quis Titio. &.l. Iulianus.§.eum. Et hîc not.argu. quòd ſi promiſi tibi decẽ ſi Romæ eſſem in Paſcha, quòd ſi ibi fuerim cauſa reipublicæ, non videor eſſe: cum hîc intelligar eſſe. Accurſius.

† Cum directa deficiat, deficiẽte cõditione ſtipulationis. ſic in l.17.s̃.eo.

d *Nõ fuerit.* ſcilicet ſtipulator vel promiſſor, & contrarium fuerit.

IS qui.] CASVS. Fui abſens cauſa reipublicæ, & prædia mea chaſmate perierũt, vel pars prædij mei fundo vicini per alluuionem applicata eſt. quia, etſi nõ abfuiſſem cauſa reipublicæ, hæc accidiſſent: ideo nõ reſtituor. Viuianus.

* vt minor læſus aduerſus minorẽ illęſum.l.verum s̃.de minor.

e *Erat paſſurus.* id eſt veriſimile eſt eũ fuiſſe paſſurũ: puta ſi ante abſentiã proteſtabatur ſe non acturũ contra poſſidentẽ rem ſuã, intra tẽpus præſcriptionis: vel dicebat, nõ credo me acturũ. ſed ſi talia nõ protulit, reſtituetur. Vel pone exemplũ in damno alluuionis, quod eueniſſet etiã ſi præſens fuiſſet: vt.j̃.de adqui.re.do.l.ergo.§.alluuio. Vel pone in publicatione rei quam fuiſſet paſſus etiã ſi præſens fuiſſet: quia prius deliquerat. Vel in ſeruo vel in liberto ſuo natalibꝰ reſtituto: quod etiã eo pręſente & irrequiſito quãdoq; fit: vt j̃.de na.reſti.l.quæris. ſi iuſta ſit cauſa: nõ aliàs: vt.l.fin.eo.tit.Ac.

Miles vt quis ſit, ſex requirũtur.

f MIlites. Periculo. periurij, vel mortis. Et not. ꝙ ſex ſunt neceſſaria vt quis ſit miles: Primò vt miles nõ ſit negotiator: vt.C.nego.ne mi.l.j.lib.xij. Item quòd examinetur: vt.C. qui mi.non poſ.l.j.lib.xij. Item quòd præſtet ſacramentum per genium principis & deum omnipotentem, quòd mortẽ reipublicæ cauſa non euitabit: vt hîc, & in lib. Vegetij de re milit. Item quòd ei enſis cingatur: argu.j̃.de mili.teſt.l.filiusfa. Item ſtigma, id eſt nota publica debet eius brachiis inſcribi vel imponi: vt. C.de fabricen.l.iij.lib.xj. Item in numero aliorum debet poni & ſcribi: vt.j̃.de mili.teſt.ex eo. & iſti tales habent priuilegia quæ dicunt leges concedi militibus. Accurſius.

g QVi reipublicæ. Iuſtè. Si habes iuſtè, quo ad aliũ: & ſi habes iniuſtè, dic quo ad ſe. Et ſecundũ hoc ſubaudi, illati. Vel verius nil ſubaudi: & iuſtè aduerbiũ ſtet iuxta verbũ queritur: & ſic vnus iuſtè agit, & alter iniuſtè cõuenitur. Sed ſi habes iniuſtè, referas ad damnũ: nam vterq; iniuſtè habet. Imò verius ſi habes iuſtè, referas ad queritur: & eſt vtrumq; iuſtũ, ſcilicet hũc agere, & alterũ cõueniri. Si iniuſtè, tunc ad verbũ damni: & eſt vtrumque iniuſtũ, ſcilicet hunc habere, & illum pati. Et not. hîc quòd priuilegiatus reſtituitur cõtra priuilegiatũ. Arg. cõtra.s̃.de mino. l. verũ.§.pe.& in auth.de ſanc.epiſ.§. ſed & hoc præſenti.in fine. colla.ix. ADDITIO Solue ſecundũ Bart.& dic quò non eſt verum hoc quòd præſcribens ſit priuilegiatus, quia ſola abſentia non eſt cauſa priuilegij, ſed abſentia cum læſione. Præſcribens ergo licèt ſit abſens, non læditur: & ſic non eſt priuilegiatus, & etiam non reſtituitur: de quo per Cy.in.l.quo tempore.C.de reſtit. mili. in vltim.q.& in auth.quas actiones, C.de ſacroſan.eccl.

Priuilegiatus cõtra priuilegiatum reſtituitur.

Sicut actio amiſſa reſtituitur, ita actio non nata poſt in integrũ reſtitutionem reſtituitur. Barto.

XLIII. AFRICANVS *libro ſeptimo Quæſtionum.*

SI quis ſtipulatus ſit in annos ſingulos quoad in Italia eſſet vel ipſe vel promiſſor,[a] & alteruter reipublicæ cauſa abeſſe cœperit, officiũ prætoris eſt introducere[b] vtilem † actionem. Eadem dicemus[c] & ſi ita cõcepta ſtipulatio fuerit, ſi quinquennio proximo Romæ fuerit: vel ita, ſi Romæ nõ fuerit,[d] centũ dare ſpondes?

XLIIII. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

IS qui reipublicæ cauſa abeſt in aliqua re læſus, non reſtituitur, in qua etiã ſi reipublicæ cauſa nõ abfuiſſet, damnũ erat paſſurus.[e]

XLV. SCÆVOLA *libro primo Regularum.*

MIlites omnes qui diſcedere ſignis ſine periculo[f] non poſſunt, reipublicæ cauſa abeſſe intelliguntur.

Abſens contra abſentem reſtituitur. Bartolus.

XLVI. MARCIANVS *libro ſecundo Regularum.*

QVi reipublicæ cauſa abfuit, etiam * aduerſus eum qui pariter reipublicæ cauſa abfuerit, reſtituendus eſt, ſi aliquid damni iuſtè[g] queritur.

DE ALIENATIONE IVDICIJ mutandi cauſa facta.

*Quia fiunt reſtitutiones tam iure actionis, quàm iudicis officio, vt ſupra dictum eſt: fiunt etiam iure actionis ex edicto iſto, ideo de hoc ponit.*

# DE ALIENATIONE iudicij mutandi[h] cauſa facta.

## TITVLVS VII.

Iuriſconſultus primò cõmendat edictum. ſecundò ponit mentem edicti ibi, & cum intelligeret. tertiò incipit exponere edictum ibi. itaque.& hoc intendit: Qui rem alienat cauſa mutandi iudicium, actori ad intereſſe tenetur. Bart.

I. GAIVS *libro quarto ad Edictum prouinciale.*

OMnibus[i] modis proconſul[k] id agit, ne cuius deterior cauſa fiat ex alieno facto. Et cum intellegeret iudiciorũ exitum interdum duriorem nobis conſtitui oppoſito nobis alio aduerſario, in cã quoq; rem proſpexit: vt ſi quis alienãdo rem, alium nobis aduerſariũ ſuo loco ſubſtituerit, ídque data opera in fraudẽ noſtrã fecerit: tanti nobis in factum actione teneatur, quanti noſtra interſit[l] alium aduerſariũ nos non habuiſſe. Itaq; ſi alterius prouinciæ hominem, aut potentiorẽ nobis oppoſuerit aduerſariũ, tenebitur.[m]

*Sexta cauſa reſtitutionis dandæ hæc eſt, ſi quis re alienata vel poſſeßione dolo malo moleſtũ aduerſariũ pro ſe ſubiecerit. nam & ſi perinde teneatur vindicatione aut in rẽ ſcripta aut miſta actione ac ſi poßideret, quia dolus pro poſſeßione eſt, ſi tamẽ hac via nolit actor experiri de iure ſuo, ex hoc edicto in integrũ reſtituitur, vt tantum conſequatur, quãtũ eius intereſt alium aduerſariũ non habuiſſe, nimirũ data actione huiuſmodi, Quod feciſti ne tecũ illa actione ageretur. l.24.§.vltim.Com.diuid. nec ſi fuerit duplex actio, veluti Cõmuni diuidundo aut familiæ erciſcundæ, integrũ erit ei qui alienauit ea actione amplius experiri. ipſo enim iure repellitur id eſt ex lege Licinia. Is quoq; in quẽ ille rem tranſtulerit, ſi agat, repelletur, exceptione, Quod alienata res ſit iudicij mutãdi cauſa.l.vltim.hoc tit. Et rectè interpretantur, iudicij futuri. nam præſens alienatione non mutatur. Cuiac.*

h *Mutandi.* id eſt euitãdi quo ad ſe, & ſuſcipiendi quo ad alium.

OMnibus.] CASVS. Quod hîc dicitur, planũ eſt.& dicit ꝙ prætor omnibus modis ſe intromittit ne aliquis ex facto alterius prægrauetur: quod cõtingeret ſi aliquis cum videret ſe ab alio cõueniendũ, rem quam alius petere vellet, alij fortiori concederet: & inde fortiorẽ aduerſarium cõſtitueret. vnde ne hoc fiat, prohibet. quod ſi quis fecerit, vtputa dolo, & cauſa mutãdi iudicij meã rem potentiori vẽdidiſti: te poſſum cõuenire act.in factũ, quæ proficiſcitur ex hoc edicto, ad intereſſe.& qualiter poſſit cõditio aduerſarij fieri deterior? dicit ꝙ fit aliquando deterior ratione loci: item ratione potẽtiæ, vel ratione perſonæ. & de iſtis duobus primis reddit rationẽ in.l.quia. ſed de iſta tertia ratione perſonæ non reddit rationem. [OPVS QVOQVE.] Ædificare voluiſti in ſolo tuo. nuntiaui tibi nouum opus. tu ſolũ cuidã qui ædificauit poſtea, alienaſti. locus eſt huic edicto. tecum enim decætero agere nõ poſſum, quia nõ ædificaſti: nec cum eo emptore, quia ei nouũ opus non nuntiaui. vnde per iſtud edictũ agam ad intereſſe cõtra eum qui rem mutãdi iudicij cauſa alienauit: qui quãti mea intereſt tenetur. per contrariũ ergo, ſi mea nõ intereſt, non tenetur. Sed pone quòd nõ intereſt mea, reus autẽ dicit ſe paratum ſuſcipere iudiciũ. ſine dubio non erit locus huic edicto: ſed denegatur aduerſus illum hæc actio. Viuianus.

i *Omnibus.* quibus poteſt: vt hîc, &.j̃. de regu.iur. non debet alteri.&.C.de an.except.l.vt perfectius.in princ. &.j̃.de ſepa.l.j. §.ex contrario. &.j̃. ſi quis aliq. teſta. pro.l.ij. & ſi quis omiſſa cauſa teſta. per totum. & maximè in.l.pe. &.j̃.communi diui.l. communis ſeruus.&.C.vbi in rem ac.l.j.

k *Proconſul.* id eſt prætor:[a] vt.j̃.quod cum eo.l.j.j.reſpon.

a] Aliter interpretatur Ant.Au.li.1.cap.5.

l *Quanti noſtra interſit.* ſed an pro hoc intereſſe agatur etiã antequã aliquid expendã.i.antequã excutiam poſſeſſorẽ? Reſpon. ita, quia iam videtur mihi abeſſe, cũ ego quodãmodo ad id cõpellar: vt in hoc exẽplo quod ſequitur in gl. maximè re alienata vſucapta, in quã inaniter expẽderẽ: quo caſu ſtatim agam cõtra alienãtem pro æſtimatione rei, non excuſſo poſſeſſore.i.antequã excutiã poſſeſſorẽ: vt.j̃.eo.l. iij.§.itẽ.&.s̃.de neg.geſt. ſi quis mãdato. Sed ibi Pla. contradicit.& pro eo eſt.j̃. eo.l.iij.§.ex quibus.

m *Tenebitur.* imò videtur habere locum illa conſtitutio. C.ne li.po.

li.po.l.j.Sed dic quòd ibi loquitur quãdo actor, hîc quando reus alienauit. Item oppo.quia nil videtur mea intereſſe, ergo ſemper ceſſat hoc edictũ, cum debeã à reo cõſequi expenſas: quia victus victori, &c. vt.C.de iudi.properandũ.§.ſinautem.Sed ibi dicitur tantum de damnis litis: hîc autem & de aliis quæ paſſus ſum in aliis meis rebus. Præterea & illa lex fallit in caſibus duob⁹, ſcilicet quando actor eſſet in contumacia: vt in ea.l.§.ſinautem.& quando reus habet iuſtam cauſam vel intentionẽ litigãdi: vt.ĩ.de leg.ij. qui ſolidum.§.etiã. in quibus habet locum hoc edictũ. Item obiicitur: Nonne ſemper habeo actionẽ vtilem contra alienantẽ, ac ſi nõ alienauerit: vt.ĩ.de rei vin.l.qui petitorio.& ideo mea non intereſt? Reſpon.plus intereſt mea habere rem, quàm æſtimationem communẽ. Sed nonne poſſum iurare in litẽ: vt.ĩ.de rei vin.qui reſtituere? Reſpon.ſic: ſed iudex taxat: vt.ſ.de dolo.l.arbitrio.§.j.

a A *Vt aliũ. Aduerſariũ*. cõtra quẽ graue eſt ſermonibus reſiſtere. vnde Cato: Contra verboſos noli contẽdere verbis: Sermo datur cunctis, animi ſapientia paucis.

† Ant. Auguſt. li. 2. cap. 2.

b Q *Via. Debeo*. vt C. de iuriſdi. om.iud.l. iuris ordinẽ. & hæc eſt ratio primi caſus. Viuianus.

c *Non poſſumus*. vt hîc, &.ĩ.titu.j.l.nam magiſtratus.&.ĩ.de aqua plu.arc.l.j.§.ſi vicinus. vnde Sapiens: Contra maiorem nemo præſumat honorem. Et eſt ratio illius dicti quando in potentiorem alienauit.

II. VLPIANVS *libro tertiodecimo ad Edictum.*

A Vt alium qui vexaturus ſit aduerſarium: [a]

III. GAIVS *libro quarto ad Edictum prouinciale.*

QVia etiam ſi cum eo qui alterius prouinciæ ſit, experiar, in illius prouincia experiri debeo: [b] & potentiori pares eſſe non poſſumus. [c]

B

Qui alienando facit cauſam fauorabiliorem ex parte ſua, tenetur hoc edicto. Barto.

Sed & ſi hominem quem petebamus, [d] manumiſerit, [e] durior noſtra conditio fit: quia prætores faueant libertatibus. [f]

Si actio cõtra eum cui facta eſt alienatio, competit, in minus alienator hoc edicto tenetur. Bart.

Item ſi locũ in quo opus feceris, cuius nomine interdicto *quod vi aut clam*, [g] vel actione *aquæ pluuiæ* [h] *arcendæ* tenebaris, alienaueris: durior noſtra cõditio facta intellegitur: quaſi † tecũ ageretur, tuis impenſis id opus tollere [i] deberes. nũc verò cum incipiat mihi aduerſus aliũ actio eſſe quàm qui fecerit, cõpellor meis [k] impẽſis id tollere: quia qui ab alio factũ poſſidet, hactenus iſtis actionibus tenetur, vt patiatur id opus tolli.

C

d *Petebamus*. id eſt petere volebamus. ſic.ĩ.de verb.obli.l.ſi ſtipulatus. aliàs cum ſit res litigioſa, non tenet alienatio: vt.ĩ.eo. ex hoc.§.ait prætor.

e *Manumiſerit*. ſcilicet de facto. Accurſius.

f *Libertatibus*. ſic ergo fit hîc conditio actoris deterior ratione perſonæ. nam in dubiis pro libertate, &c. vt.ĩ.de reg.iur.l. quotiens vtriuſque.& de re iudi.inter pares.

g *Vi aut clam*. vt quia opus feciſti in meo vel etiam in tuo contra debitam ſeruitutem mihi, prohibitus à me, vel prohibendus, vel credens prohibendum, vel debens credere: vt.ĩ.quod vi aut clam. Seruius.

h *Actione aquæ pluuiæ*. proprium nomen actionis quæ datur quando feciſti opus propter quod aqua pluuia ſit mihi nocitura: vt infra de aqua plu.arc.l.j.in princ. & tria faciunt eam ceſſare: vt infra eo.titu.l.j.in princip.

i *Tollere*. id eſt ad duo teneris: vt tollas, & vt tuis ſumptibus tollas, tam in actione aquæ plu.arcen. vt.ĩ.de aqua plu.arcen.l. ſi tertius.§.fin. quàm in interdicto quod vi aut clam: vt infra quod vi aut clam.l.competit.§.in ſumma.&.C.de ſer.& aqua.l. ſi in ædibus.&.l.altius.

k *Meis*. ſed nonne & ſine hoc interdicto agam contra te ad impenſas? Reſpon.quòd ſic: vt.ĩ.quod vi aut clam.ſi alius.j.reſpon. &.l.denique.§.fin.&.l. competit.§.fin. &.ĩ.de aqua plu.arc.ſed venditor. Et quod hîc dicit, meis. ſcilicet interim, erunt tamen mihi reſtituẽdæ poſtea per idem interdictum quod vi aut clam, vel actione aquæ plu.ar. vt dictum eſt. Sed ſecundum hoc quare hoc edictum eſt in hoc? Reſpon. quia prædictis actionibus agitur pro impenſis factis in demoliendo tantùm. at hoc edicto agitur ad omnes expenſas, & ad omnia damna: vt.ĩ.ea.l.§.ex quibus. Item not.differentiam inter actionem aquæ plu.ar. quia ad futura damna: & interdictum quod vi aut clam, quod datur ad præterita: vt.ĩ.de aqua plu.arcen. Atteius.§.penul.

Actio aquæ plu. arc. & interdictum quod vi aut clam, differunt.

A

l *Opus*. ſuperiori.§.ædificauit prohibitus: hîc non prohibitus, ſed emptor.

m *Alienaueris*. imò videtur quòd cum eo: vt.ĩ.de ope.no.nun.l.fi. quæ eſt cõtra. Sol. ibi in emptorẽ vt patiatur tolli: hîc non datur in emptorẽ vt ſuis impenſis tollat. Vel ibi ſciuit, vel ſcire potuit: hîc non: vt ar.cõtra.ĩ. quod vi aut clã.l. vim facit.§.tandiu. Sed arg. contra. ĩ.de noxa.l.in delictis.§.ſi extraneus. vel hîc non erat opus inchoatũ ab ipſo venditore: ſed emptor ędificauerat de nouo: ibi verò erat inchoatum à vẽditore: vnde ſuppoſitum poſtea tanquam vitioſum debet demoliri: quia deſtructo fundamento totum tollitur: vt.ĩ.de aqua plu. ar.l.ſed interdũ. [a] Item not.hîc ar. quòd ſi tibi ſub pœna promiſero non facere aliquod opus in ſolo meo: ſi alienem ſolum, & emptor faciat quòd nõ teneor, nec emptor: vt hîc, & infra de verborũ obli. cum filius.§.j.ar. contra infra de vſufruc. ſi pendẽtes.§.fin. & infra de dam. infe. fluminũ.§. adiicitur. & infra de ſer.expor. Titius.

a] Hæc vera: quia hîc fuit opus cõſtructum ſucceſſore: ibi ab auctore. nam hîc non poſſet demoliri, quia pateretur ſucceſſor dãnũ expenſarum, ſaltẽ ipſius ædificationis ſecun. Bal.

Si alienatio, obligatio, vel actio extinguitur, alienator hoc edicto tenetur. Bartolus.

Opus [l] quoq; nouũ ſi tibi nuntiauerim, túq; eum locum alienaueris, [m] & emptor opus fecerit, dicitur te hoc iudicio teneri: [n] quaſi neque tecum ex operis noui nuntiatione agere poſſim, quia nihil feceris: neq; cum eo cui id alienaueris, quia ei nuntiatum non ſit.

Hæc actio datur ad intereſſe expenſarum, vel alterius incommoditatis. Bartolus.

Ex quibus apparet quòd proconſul in integrum reſtituturum ſe pollicetur: vt hac actione officiò [o] tantum iudicis conſequatur actor, quantum eius interſit alium aduerſarium non habuiſſe: fortè ſi quas impenſas fecerit, aut ſi quam aliam incõmoditatem [p] paſſus erit alio aduerſario ſubſtituto.

Si alienãs paratus eſt defendere ac ſi poſſideret, hac actione nõ tenetur. Bartolus.

Quid ergo eſt ſi is aduerſus quẽ talis actio competit, paratus ſit vtile iudicium pati, perinde ac ſi poſſideret? Rectè dicitur denegandã eſſe aduerſus eum ex hoc edicto [q] actionem.

n *Iudicio teneri*. id eſt actione in factũ ad intereſſe ex hoc edicto.

o *Officio*. quomodo hoc, cum ſit ſtricti iuris, & non arbitraria? Reſpon.habet naturam arbitrariæ, vt ſuccedat loco rei vindicationis, quæ erat arbitraria.

D

p *Incommoditatem*. ſcilicet damnum rerum ſuarum læſarum.

q *Ex hoc edicto*. ſ.ad intereſſe. Sed nõne ſemper pati cogitur quis vtile iudicium, quod in eum datur qui dolo deſiit poſſidere? Reſpon.ſic: vt.ĩ.de pe.he.ſed & ſi lege.§. proinde.&.ĩ.de reg.iur.l. parem.& ſic triplex habeo auxilium. Vnum directũ contra poſſeſſorem: vt.C.eo.l.j. Aliud vtile, de quo hîc dicit.& hæc duo de iure cõmuni. Aliud in factũ ex hoc edicto. Et ſic videtur quòd hoc edictũ ſit ſuperfluum: cum ſemper habeat vtilẽ in rem. Reſpon.non eſt niſi quando ſe offert, vt hîc. & hoc ideo quia me exonerat à probatione, quia oportebat me probare quòd dolo deſierit poſſidere: nunc non. Item releuat me ab expenſis quas eram facturus in eundo ad aliã prouinciã. ſed & ſi non releuaret, tamen vnum per aliud nõ debet tolli: & quia ambo de æquitate dantur: & quia licèt detur reſtitutio minori contra alium, non ideo denegatur actio tutelæ cõtra tutorem: vt.C.ſi tu.vel cu.interue.l.etiã. Item intellige hoc quãdo eandẽ cauſam omnino & conditionem promiſerit ſe præſtaturum qui alienauit, ac ſi poſſideret. verbi gratia dicit: ego promitto me reſtituturum rem ſi viceris: & hoc ſub pœna mille ſollidorũ. aliàs ſi diceret, rem non reſtituam, quia nec habeo: ſed quanti intererit tua, vel quanti in litem iuraueris, præſtabo: ſecus eſſet. nam & ſi hoc non offert, tenetur tamen ad idem. Item no.hîc quòd parcitur ſponte confitenti. ſic.C.de his qui ſe de.l.j.lib.x. & in auth. vt lit.iu.coll.ix. §.ſi quis autem.&.C.de plus pe.l.vna.&.ĩ.de iureiur.l.eum qui. &.C.de non nu.pe.auth.contra qui propriam.&.C.ad.l. Iuliam maie.l.pe.§.fi.&.ĩ.de peti.here.l.ſed & ſi lege.§.pen.

E

Confitenti ſponte parcitur.

ITem.] CASVS in hac.l.vſq; ad fi.ſic ponitur: Cum rem meam poſſidebas, & illã ferè vſuceperas: ſciuiſti ꝙ volebã tibi mouere cõtrouerſiã: eam alienaſti Titio: Titius eam vſucepit. dicitur quòd dabitur mihi actio in factũ in te. Itẽ ſcire debes, ꝙ ad hoc vt detur actio in factum ex hoc edicto, duo ſunt neceſſaria. ſ. vt



UNED

Licèt alienatione nō extinguatur actio, ſed præſcriptione propter alienationem: alienator hac actione tenetur. Bartolus.

IIII. VLPIANVS *libro tertiodecimo ad Edictum.*

ITem ſi res † fuerint vſucaptę [a] ab eo cui alienatæ ſint, nec peti ab hoc poſſint: locum habet [b] hoc edictum. B

Si alienatur cauſa mutandi iudicium, & ceſſat dolus, non habet locum hæc actio. Idem ſi dolus adeſt, non tamen alienatur cauſa mutandi iudicium. Bartolus.

Itémque fieri poteſt vt ſine dolo malo [c] quidē poſſidere deſierit, verùm iudicij mutādi cauſa id fiat. Sunt & alia complura talia. [d] Poteſt autē aliquis dolo malo deſinere poſſidere: nec tamē iudicij mutādi cauſa feciſſe: [e] nec hoc edicto teneri. Neque enim alienat, qui duntaxat omittit poſſeſſionē. Nō tamen [f] eius factū improbat prætor, qui tanti habuit * re carere, [g] ne propter eam ſæpius litigaret. Hæc enim verecunda cogitatio eius qui lites execratur, non eſt vituperanda: [h] ſed eius duntaxat, qui cum rem habere vult, [i] litem ad alium transfert, vt moleſtum aduerſarium pro ſe ſubiiciat.

Contra trāsferentē poſſeſſionē hæc actio vtilis locū habet. Bart.

Pedius libro nono † nō ſolùm ad dominij trāſlationē [k] hoc edictū pertinere ait, verùm ad poſſeſſionis quoq;: alioquin * cum quo in rem agebatur, inquit, ſi poſſeſſione ceſſit, non tenebitur. [l]

† Vide quæ no Inno. in c.epi. extra de re. eccle. non alie.

*Rectum erat, qui tanti habuerit nō litigare, vt etiam re ipſa careret. ſic tamen locutus eſt Martialis, Ignoſcas petimus Vacerra: tāti Non eſt vt placeam tibi perire. Sic Pli..lib.13.ca.3 & li.23.c.1.

† In vulgata editione eſt lex Non ſolum.

*alioquin & is cum.

A dolo malo fiat, & iudicij mutādi cauſa: & ſi aliquod iſtorū deficiat, nō habet locū hoc edictū. Vnde dicit quòd licèt quis alienet ſine dolo malo, ſed faciat hoc cauſa iudicij mu. vt quia valetudine tenebatur, hoc caſu nō tenetur alienás, hoc edicto. ſed ſi dolo deſiit poſſidere, nō tamē iud. mut. cauſa: hoc edicto nō tenetur: vt puta quia rem quá quidā à me petere volebat, ꝓ derelicto habui. & licèt diximus eū teneri qui mutādi iudicij cauſa alienat, quandoque tamen ſecus eſt: nam factū eius nō improbat pretor qui lites execratur, & maluit re carere, quàm ſæpius litigare: ſed eius qui rei pretium vult habere.

a *Vſucaptæ.* ſecus ſi deperditæ eſſent: vt. j̃.l. proxi. §. hęc actio. &. j̃. de noxa. act. electio. §. ſi is. &. j̃. de petit. here. deperditū. Videtur ergo quòd is qui alienauit, non erat dominus: nam tūc dominiū trāſtuliſſet, nec vſucapere poſſet: & dolo malo alienauit: aliàs non haberet locū hoc edictū: vt hac. l. §. j. Sic ergo videtur dicendum ꝗ is qui alienauit, malæ fidei poſſeſſor erat, quia C doloſus: & ita non potuit res aliena vſucapi, ſi mobilis fuit: quia incidit in vitiū furti: vt inſti. de vſuc. §. furtiuæ. verſi. vnde in rebus. Et ideo dicunt quidā quòd tantùm in re immobili habet locum hoc edictum: & de præſcri. long. tempo. hanc legē loqui dicunt: quæ & dicitur vſucapio: vt. j̃. de vſuca. ei à quo. nec nocet mala fides venditoris, ſi emptor bonā fidem habeat: vt. j̃. de pub. eum. §. prætor ait. & inſti. de vſuca. §. quod autē. Et ſecundū hoc in parte corrigitur: vt in regula malæ fi. poſ. quæ eſt. l. j. C. de lōg. tempo. præ. &. c. malæ fidei. de reg. iur. lib. vj. Sed ego dico quòd habet locū hoc edictū tam in re mobili quàm in immobili: nam & res mobilis poteſt alienari cauſa mutandi iudicij: non tamen fiet furtiua vel vitioſa: quia venditor ſuam putat. vel ſi ſciat, non tamē eam cōtrectat, ſed patitur vt emptor tollat eam. vel apud emptorē eſt res, & venditione facta venditor emptori concedit rem habere emptam: vt inſti. de re. diui. §. interdū. Sed & dici po- D teſt quòd & bonæ fi. poſſ. erat qui alienauit, & ſuam putauit: nec fuit malæ fi. in poſſidendo: ſed factus eſt in alienando. nam ſuam rem poteſt quis dolo alienare, vt teneatur hoc edicto: vt. j̃. eo. ex hoc. §. alienare. in verbo etiā, quod eſt ibi. Vel dic ꝗ bonā fidem habuit à principio iſte venditor: & ſic inchoauit vſucapionē in re mobili. & licèt poſt incipiat habere malā fidem: non tamē interrūpitur vſucapio, nec fit res vitioſa: vt. C. de vſuc. transfor. l. j. §. hoc tantūmodo. Item videtur ꝗ re vſucapta non poſſit habere locū hoc edictū, ſiue hæc actio in factum, quia non cōpetit poſt annum: vt. j̃. e. l. vel poſt. at res mobilis vſucapitur triēnio: olim anno. iam verò anno elapſo vſucapione cōpleta, non habet locū hæc actio. Reſpon. verū eſt ꝗ non habet locū poſt annū ex quo cœpit cōpetere. Sed pone ꝗ venditor vſucapiebat: & dum quatuor menſes ſupereſſent ad vſuca. cōplendam, vendidit rem: vtique extunc cœpit cōpetere hæc actio, & cum modicum tempus vſucapioni ſupereſſet. Poterit etiam dici ꝗ annus huius actionis E cōputatur nō ex die alienationis, ſed ex quo incepit intereſſe nō eſſe factam alienationē. Vel pone quòd ſtatim alienatione facta litem cōteſtatus eſt actor ſuper hac actione ex hoc edicto, ante completā vſucapionem ab emptore: & ita actio eſt perpetuata.

b *Locum habet.* cōtra alienatorem: licèt dominus rei potuit directò cōtra emptorē agendo vſucapionē interrumpere. Non ergo hîc nocet negligentia vel omiſſio ſui auxilij, quo quis potuit aduerſus aliū vti, arg. contra. j̃. vi bo. rap. l. iij. &. C. de his qui à non do. ma. l. fi. Alij volunt dicere ar. illarū legum ꝗ vbi incepta erat vſucapio à venditore, non haberet locū hoc edictum, quia fuit negligēs in agendo contra emptorē ante completā vſucap. Item & ea ratione, quia eodē modo res eſſet vſucapta à venditore, vt ab emptore: ad quod eſt. j̃. eo. l. non ſolum. §. hæc actio. &. s̃. tit. j. l. pe. & facit ad legem iſtam. j̃. vi bo. rap. ſi ſeruus. in prin. contra C. de his qui à nō do. l. fi. Sol. ibi taciturnitate tacendo tanto tēpore facit vt valeat manumiſſio, quæ non valuit à princip. at hîc à principio valuit vel tenuit alienatio. nec datur hæc actio ideo quia alienauerit, ſed ideo quia duriorē aduerſariū conſtituit: at ibi ideo datur, quia manumiſit. præterea ibi vnū auxiliū eſt pœnale: aliud rei perſecutoriū: hîc vtrunq; rei perſecutoriū: & ideo ibi facilius reus ſibi præiudicat quàm hîc: & eodem modo ſecūdo & non primo erit reſpondendū ad illam vi bo. rap. ſi ſeruus.

c *Dolo malo.* & ſic ceſſet hoc edictū: vt. s̃. l. j. ibi, idque data, &c.

d *Talia.* in quibus ceſſet hoc edictū: vt. s̃. eo. l. j. licèt cauſa iudicij mutandi fiat: vt. j̃. eo. l. nō ſolùm. §. ſi quis. & l. ex hoc edicto. §. fi. & §. ait prætor. ſecūdum Io. & §. qui venditori. & s̃. l. proxi. §. fin. & j̃. proxi. §. Accurſius.

e *Feciſſe.* ſ. alienationē: & hoc innuit quod ſequitur, neq; enim, &c. vſq; illuc, nō tamē, &c. & ſic videtur habere locū hoc edictum tūc ſolùm cū quis alienat proprietatē. nam alienatio eſt omnis actus, &c. vt. C. de fun. do. l. ij. ſed cōtra. j̃. l. non ſo- C lum. Reſpon. directa actio ex hoc edicto tunc ſolum locū habet: ſed vtilis habet locum etiā pro tranſlatione poſſeſſionis tantum. & ſecundū hunc caſum expone quod ſubiicit, neque enim. &c. ſcilicet vt hoc edicto directò teneatur: aliàs (vt dixi) nō eſſet bona ratio, ſed illa eſſet bona: quia nō facit cauſa mutādi iudicij. & quod dicit, omittit. ſ. in alium transferendo. Vel intellige hoc reſpon. ſecundū Azo. quia habuit rem pro derelicto, quod nō mutat in alium iudiciū: ſed in nullum. vel aliter ſecundū Pla. vt ibi.

f *Non tamen.* ita continua. licèt ſupra dictum ſit eum teneri, qui cauſa mutandi iudicij alienat: tamen quandoque ſecus. & hoc dicit, non tamen, &c. & ſuperior. §. item, &c.

g *Re carere.* vt donando. ſecus ſi permutet vel vendat: quia rem habere videtur.

h *Vituperanda.* vt hîc, &. j̃. de tribu. illud. §. quid tamen.

i *Vult.* ex hoc dicunt quidā quòd ita demum habet locum hoc edictū, ſi quis ideo alienat, vt eandē poſtea recipiat: vt arg. j̃. eo. D l. fi. &. C. man. l. per diuerſas. in prin. Sed hoc non placet: & expone rem duntaxat habere vult, vel eius pretiū. Nam qui pretium habet, rem habere videtur: vt. j̃. de peti. here. ſi & rem. &. j̃. de pecu. l. ſed ſi quis. & l. non penes. [NON SOLVM.] Habet locū hoc edictū ſiue alienet quis proprietatē, ſiue poſ. & tenetur tam is qui dominium trāſtulit, quàm qui poſ. niſi quis iuſſam cauſam alienandi habet: vt quia valetudine tenebatur: quia tunc locum non habet hoc edictum. [AD IVRA.] Duobus modis potes intelligere hunc. §. Primo ſi fundum à te petere volebam, & tu meo vicino ſeruitutem conſtituiſti: habet locū hoc edictum. vel aliter ſecūdò dicas quòd in aliqua tua re immobili, puta fundo, ſeruitutē mihi debebas, quē alienaſti: puta fundum alienaſti per quem ducturus eram aquā: vel cōſtabat mihi viā deberi ad fundum meum: habet locū hoc edictū. Item dicit quòd datur actio ad intereſſe. Itē dicit quòd hæc actio quæ datur ad intereſſe, non eſt pœnalis, ſed cōtinet rei perſecutionem: & datur heredi, quia E pertinet ad rei perſecutionē in heredē. aut non datur: quia datur ex delicto. & hoc dicit cum. l. ſequen. quæ continuatur cum iſta.

k *Ad dominij tranſlationem.* vnà cum poſſeſſione. Et not. ꝗ Pla. hoc intelligit quod de poſſeſſione ſequitur, ſi is qui non erat dominus volens dominiū & poſſeſſionē transferre, ſolā poſſeſſionem transferat: cum plus concedere nequeat. alias ſi quis poſſeſſionem tantū velit tranferre, contra eſt: vt. s̃. l. proxi. dixi. q. d. nō habet locum hoc edictum directum etiā pro trāſlatione poſſeſſionis tantū: vt hîc, &. s̃. d. l. proxi. dixi. ADDITIO. Pro ſolu. dic quòd cōmuniter videtur dici ꝗ non habet locum directa, vt in contrario, ſed vtilis ſic: vt hîc ſecundum Bart. quem vide hîc.

l *Non tenebitur.* q. d. nunquā habet locū hoc edictum. quod ſic probatur: aut enim qui agit, eſt dominus: aut nō. ſi eſt dominus, non tenetur poſſeſſor qui deſierit poſſidere, quia non tranſtulit dominium. ſi verò non erat dominus, nō tenetur poſſeſſor: quia actoris non intereſt rem ad alium non eſſe tranſlatam, cum ad

eum

cum non pertineat.ſed tamē falſum eſt.nam bene tenetur vtroque caſu,etiā ſi non erat dominus : ſi modò aliquod aliud ius in re habebat:vt hîc colligitur ſubtiliter. & ſic no.quòd hoc edictū locum habet ſiue agere volebam hypothecaria: ſiue rei vin. ſiue quauis perſonali ſcripta in rem.

Qui alienauit ex iuſta cauſa, nō tenetur hac actione.Bart.

Si quis autem ob valetudinem aut ætatem aut occupationes neceſſarias litem in aliū tranſtulerit, in ea cauſa non eſt, vt hoc edicto teneatur : cum in hoc edicto doli mali fiat mentio. Cæterùm [a] erit interdictū & per procuratores litigare, dominio in eos [b] plerūque ex iuſta cauſa trāſlato. Ad iura [c] etiam prędiorū hoc edictum pertinet, modò ſi dolo malo fiat alienatio.

Hîc iuriſconſultus incipit expo nere vltimā partem edicti. Barto.

Hæc actio in id quod intereſt competit. [d] Proinde ſi res nō fuit petitoris, [e] aut ſi is qui alienatus eſt, ſine culpa deceſſit, ceſſat iudiciū: [f] niſi ſi quid actoris prætcrea interfuit. [g] Hæc actio [h] non eſt C pœnalis:ſed rei perſecutionem arbitrio iudicis cōtinet:quare & heredi [i] dabitur in heredem autem

V. Pavlvs *libro vndecimo ad Edictum.*

VEl ſimilem, [k]

VI. Vlpianvs *libro tertiodecimo ad Edictum.*

VEl poſt annū [l] non dabitur:

VII. Gaivs *libro quarto ad Edictum Prouinciale.*

QVia [m] pertinet quidē ad rei perſecutionem : videtur [n] autem ex delicto dari.

Non ſufficit rem exhibere cauſa mutata. Bartolus.

VIII. Pavlvs *libro duodecimo ad Edictum.*

EX hoc edicto [o] tenetur & qui rem exhibet, ſi arbitratu iudicis priſtinam iudicij cauſam non reſtituit. [p]

Alienatio intelligitur facta cauſa mutandi iudicij de futuro. Bartolus.

B Ait prætor, *Quæve alienatio iudicij mutandi cauſa facta erit.* id eſt, ſi futuri iudicij cauſa , non eius quod iam [q] ſit. Alienare intelligitur etiam qui alienam rem vendidit. Sed heredem inſtituendo vel legādo ſi quis alienet, huic edicto locus non erit. [r] Si quis alienauerit, deinde receperit: [ſ] nō tenebitur hoc edicto. Qui venditori ſuo redhibet, non videtur iudicij mutandi cauſa abalienare:

IX. Pavlvs *libro primo ad Edictum ædilium curulium.*

QVia redhibito homine omnia retroaguntur : [t] & ideo nō videtur iudicij mutandi cauſa alienare, qui redhibet : niſi ſi propter hoc ipſum redhibet, nō redhibiturus [u] aliàs:

X. Vlpianvs *libro duodecimo ad Edictum.*

NAm & ſi obligatus ſoluero qđ à me petere velles, huic edicto locus non erit . Si tutor pupilli vel adgnatus furioſi alie- D nauerint, vtilis actio [x] cōpetit: [y] quia cōſilium huius fraudis inire

a *Cæterùm.* id eſt alioquin. Accurſius.

b *In eos.* id eſt procuratores factos in rem ſuā, qui improprie dicūtur procuratores: vt dixi.ſ̃. de procur. l. j. j. reſpon. Vel dic quòd nō erat futurum commodum victoriæ procuratoris: quia tali pacto dominiū fuit tranſlatum, vt res rediret ad dominum, quandiu oportebat abeſſe iuſta de cauſa. Item collige hîc ꝙ etiam ex parte actoris locū habet hoc edictū.nam actor conſueuit ſic facere procuratorem in rem ſuam. quod poteſt dici arg. j̃. e.l.fi.in fi.ſed & reus facit:vt hîc,&. j̃.fami.erciſc.l.iiij.in fi.& de noxa.l.de illo.&.l.ſeq.

c *Ad iura.* id eſt ſeruitutes:vt inſtitut. de re. cor. & incor. in fi. vt ſi conſtituiſti ſeruitutem vicino prædio quòd à te petere volebam. Et quod dicit in reali ſeruitute, fortè idē in perſonali: vt vſufructu, & vſu, & ſimilibus. idē ſi ſuperficiem. Item idē & ſi ius emphyteuticū alij dediſti. nā ſemper cum facias in fraudem meam, & cauſa mu. iu. teneris ex hoc edicto: vt ſupra eo.l.j.&.C. de re. alie. non alie. l. fin. Et intellige hūc.§.quādo ex tua re mihi ſeruitutem debes, quam alienaſti, & idem in omnibus aliis prædictis exemplis.

d *Competit.* ratione expenſarū & damnorū conſtat. Sed nūquid in ipſa re? Reſpon. ſi extat apud eū cui eſt alienata, tunc in ipſam rē alienans condēnatur: aliàs ſi in intereſſe ſingulari, ab ipſo principio: vt arg. j̃. de rei vindi.l.qui reſtituere.&. j̃.de lega.j.ſi fundū. in prin.&.l.ſi quando.§.heres.&.ſ̃.de dolo.arbitrio.§.j.Accur.

e *Petitoris.* i. ad eum non pertinuit. nam & habenti perſonalem actionem ſcriptam in rem hæc datur. vt dixi.ſ̃.ea.l.in princ.

f *Ceſſat iudicium.* quia hæc actio ſuccedit in locum directæ: vt. j̃. de noxa.l.electio.§. ſi is. & ideo ſicut illa tollitur interitu rei, ita hæc: vt. j̃.de verbo.oblig.ſi ex legati.niſi interſit petitoris, ratione quæſtus & acceſſionum: vt ſubiicit.

g *Interfuit.* ratione quæſtus & acceſſionum: vt infra de rei vindi. l.vtique.

h *Hæc actio.* ſcilicet in factum ex hoc edicto.

i *Quare & heredi.* ſufficiens eſt, non neceſſaria hæc ratio. nam quandoque & quæ rei perſecutionem non continet, datur heredi: vt inſti.de perpe.& temp.act.§. non autē omnes. Acc.

k VEl ſimilem. vt bo.poſſeſſorem, vel fideicommiſſarium.

l VEl poſt annum. vt infra de aqua plu.arcen.poſt venditionē. in fi. Et dicunt quidam continuum: ſed M. vtilem.

m QVia. ratio quare datur heredi, eſt ſufficiens, non neceſſaria: vt dixi.

n *Videtur.* ratio quare non datur in heredem, & bona: vt inſti.de perpe.& tempo.act.§.eſt enim.

EX hoc. [Casvs. Alienaſti rem iudicij mutādi cauſa per venditionem, quam nunc exhibes : quia fortè ille emptor eam tibi commodauit: vel aliter eā recuperaſti, vſucaptam tamen ab



emptore. teneberis quidem hoc edicto, nec liberaris hoc edicto A quia exhibes. [Ait prætor.] Ponuntur hîc verba prętoris: ſed non omnia: nam quædam nobis deficiunt. & diſtinguitur hîc quomodo accipiatur iudicium in hoc tit. cum dicitur, cauſa iudi.mutan. quia oportet quòd fiat alienatio timore futuri iudicij, nō iudicij incepti: quia tunc res litigioſa eſſet, & alienatio non valeret, & ceſſaret hoc edictum. Item ſubiicit quis videtur alienare, ſed hoc planū eſt. [Si qvis.] Alienaſti rem iudi.mutan.cau. & antequam te cōuenirem ex hoc edicto, ex priſtina cauſa recepiſti illam rem. non teneris hoc edicto. Viuia.

o *Ex hoc edicto.* cuius verba nō habemus: ſed ſume. j̃.proxi.§. &.ſ̃.e. l.j.

p *Non reſtituit.* quia vſucaptā vel præſcriptā rem exhibet. ſic. j̃. ad exhib. Iulianus. §. ſi quis rem.

q *Quod iam.* alioquin res eſſet litigioſa, & nō valeret alienatio: vt.C. de liti.l.ij.&.l.fin.ar.tamen cōtra.huic.§. j̃. de au.& argē.le.ſi quis ita. Sed quid ſi iudiciū eſt iā cœptū, nec tamē eſt res litigioſa: vt quia nō eſt quęſtio de dominio vel quaſi: vt in auth.de litig.§.j.col.viij? Reſp. locū habet hoc edictū multo magis quàm ſi nō eſſet inchoatum: vt arg. j̃.de pecu.l.ſi poſtea. Additio. Pro ſolu. dic ſecundū Bart. quòd iſtud ideo, quia ſi intelligeretur de iudicio de pręſenti, hoc edictum eſſet ſuperfluū: quia contra alienationem factā pendēte iudicio eſt prouiſum per tit.de liti. & ideo ne iſtud edictum ſuperfluat, exponitur iudicij ſcilicet futuri antequam res ſit alienata.

r *Non erit.* alienat tamē: vt.C.de ſecun.nupt.ſi quis.§. certum. & j̃.de leg.ij.peto.§.fratre. Sed parcitur ei: vt hîc, quia deeſt dolus, quia ex neceſſitate facit: vt & aliàs infra de fun.do.l.j. Accur.

ſ *Receperit.* ſecus ſi depoſitarius recuperat rem depoſitam quam vendiderit. nam nihilo minus eſt ſuo periculo: vt. j̃.depoſi.l.j.§.ſi rem. Item ſecus in furto: vt. j̃.de fur.qui ea mente.& rapina: vt.ſ̃. vi bo.rap.l.pe. in quibus nō valet pœnitere: quia hoc pactum eſt extraordinarium: illa ordinaria pacta. Accur.

QVia.] Casvs. Emiſti equum quendam à Titio: puta quem petere à te volebam: illū equum poſtea redhibuiſti Titio: E vnde nō tenebaris hoc edicto, niſi propter hoc, &c. & ad hoc inducit quoddam ſimile in prin.l.ſeq. quod planè proſequitur. [Si tvtor.] Pupilli tutor rem alienauit cauſa iudi. mutan. vtili actione tenetur tutor, non autem pupillus: quia, &c. Viuia.

t *Retroaguntur.* vt hîc, &. j̃.de ædil.edict.l.redhibere.j.reſpon.

u *Non redhibiturus.* intellige hoc reſpon. ſecundum Ioan. quòd emptor de iure non poterat redhibere: ſed concordauit cū venditore: quo caſu tenetur: vt hîc. ſi autem iure poterat redhibere, non tenetur, vt hîc, etiam ſi aliàs nō erat redhibiturus : [a] quia nō videtur dolo facere qui ſuo iure vtitur: vt infra de regu.iur.l.non videtur. Sed Pla. intelligit hoc generaliter, etiam de iure poterat redhibere, tenetur hoc edicto ſi non erat aliàs redhibiturus: & facit ad hoc reſpon. j̃.de ædil.edict.l.bouem.§.ſi quis. & infra ad.l. Aquil.ſi ex plagis.§.penult.

x NAm & ſi. *Vtilis actio.* non directa, quia alieno nomine.

y *Competit.* contra tut. vel cur. & non contra pupillum vel

a] Iſtud placet ſcriben. quia licèt quis de iure faciat : ſi tamen facit prīcipaliter ad damnum alterius : facit illicitè. j̃. de aqua plu. ar l.2.§. item Varus. & de dam.infec.l. Proculus.

furioſum:vt ſupra de dol.ſed & ex dolo.&.j̃.quando ex fac.tu.l.j.Alij dicunt contra pupillum vel furioſum. quod poteſt dici in- A quantum locupletiores ſunt:vt ar.j̃. de tribu.l.iij. & ſic eſt bona ratio quæ ſequitur.ſcilicet vt detur vtilis,non directa.

a *Non poſſunt*.ſcilicet pupillus vel furioſus.Accurſius.

non poſſunt.[a]

Singularis & fortis eſt iſta lex,& breuiter hoc intẽdit.Actor in quẽ facta eſt alienatio cauſa mutandi iudicium, exceptione repellitur, & primus cedens agere compellitur.Bartolus.

XI. IDEM *libro quinto Opinionum.*

CVm miles [b] poſtulabat ſuo nomine litigare de poſſeſſionibus quas ſibi donatas eſſe dicebat, reſponſum eſt, ſi iudicij mutandi cauſa donatio facta fuerit, priorem dominũ experiri [c] oportere:vt rem magis quàm litem in militem tranſtuliſſe credatur. B

Qui partem rei ſuæ alienat cauſa euitandi iudicium diuiſorium, ipſum iudiciũ non poterit euitare pro fructibus vel pro re:nec ille in quem facta eſt alienatio.Barto.

XII. MARCIANVS *libro quartodecimo Inſtitutionum.*

SI quis iudicij communi diuidundo euitandi cauſa rẽ alienauerit,ex lege Licinnia [d] † ei interdicitur ne communi diuidũdo iudicio experiatur: verbi gratia vt C

CVm miles.] CASVS. Titius quandam actionẽ contra me habebat : illam autẽ act. ceſſit cuidã militi cauſa mu. iudi. miles ille actionem cœpit agere. dicit quòd ipſe Titius debet in iudicio cõparere,& experiri: tamen emolumẽtum quod ex illa actione procedet, habebit miles. Poteſt aliter poni caſus, quia aliquis donauit militi act.prior dominus qui donauit experietur,nõ miles.Accur.

Caſum ponit.

b *Cum miles*.pone caſum in milite cui fuit actio ceſſa.ad aliquã rẽ ex cauſa donationis.nã miles agere ꝓhibetur, non quia miles ſit, ſed quia cauſa mu. iu. fuit facta ceſſio : ſed donator experitur.Sed quomodo, cũ ius ſuũ perdiderit cedendo in potentiorem : vt.C. ne li.po.l.j.&.l.ij. quæ ſunt contra.ad idẽ.j̃.eo.l.ſi? Rñ. hoc fauore militis cui erat donata , vt ſic rem magis quàm litem videatur in militẽ trãſtuliſſe.Itẽ op. quomodo aget, cum ius ſuũ ceſſerit alij?nec enim aliter miles poſtulaſſet ſe velle agere. Reſp. reconcedet miles,vel ex hac.l.ſibi recõceditur. At vbi non cauſa mu.iu.eſſet ceſſa,donatarius aget: vt.C. man.l. per diuerſas.in fi. Vel ſecundò pone caſum econtra quòd poſſeſſor qui credebat ſe conueniri à me,donauit rem militi:& hoc placet : & ponitur experiri pro defendere:vt.j̃.de re iudi.l.ſępe.& ſic non ob.dictę leges.C.ne li.po.quia in actore loquuntur.Ac.ADDITIO. Tene primum caſum in hac gloſ.poſitum ſecundum Iac. de Rauen. & Cy.in addi.Ex quo no.ſingulariter ſecundum Bal. hîc quòd vbicumque ceſſio fit ex cauſa mutandi iudicij excedente in ceſſionarium:& hoc fit dolo malo cauſa opponendi reo duriorem aduerſarium:eſt in dolo cedens: quod eſt no. Et in hoc eſt peregrinum, quia aſſignantur tria contraria . Primum reſpicit ſolum in litem ceſſionarium.Secũdum quemlibet ceſſionarium. Tertium quòd ceſſionario competat ius agẽdi.de.l.per diuerſa.in fi.& ſolue ſicut iſta glo.&c.

† Cum nullę fuerint huius nominis, videtur agrariã huius nominis, ſignificare. Marcianus.

c *Experiri*.i.defendere ſecundùm ſecundum caſum.Accur.

SI quis.] CASVS. Pone quòd ego & tu habeamus rem cõmunem:volumus agere cõmuni diui.ſciui autem ꝙ ratione quarundam rerũ facienda erat ei adiudicatio,qui plus ex nobis offerret. vnde quia ſciui me inſufficientem ad tantum offerẽdum pro re illa,quantũ tu:ne per licitationem vinceres , partẽ meam vendidi cuidã diuiti,qui,ſi velles offerre.x.offerret. xx. dicit quòd de cætero agere non potero cõmuni diui.quia repellor per.l. Licinniã:nec ille cui alienaui:nam ille repellitur per hoc edictum.Vi.

Legis Licinnię effectus.

d *Licinnia*. ſtulta videtur lex Licinnia.nam qui alienauit, cũ deſierit eſſe dominus, non poteſt agere, etiam ſi lex Licinnia nunquam audita fuiſſet. Reſpõdetur,imò valuit eius prohibitio propter quædam ad quæ agitur etiam ſi dominium amiſerit, vt fructus,& expẽſas:vt infra communi diuid.in ſumma.Et quia ſi dominium recuperaret,non poſſet agere.

e *Sed & ipſe*.repetit vt addat.

f *Non audietur*.obſtat enim lex Licinnia, non hoc edictum.

g *Vetatur*.agere.eſt tamen dominus.nã & pupillus & ſimiles nõ agunt cõmuni diui.cũ tamen domini ſint:vt.j̃.de re.eo. ſi pupillorum.Itẽ no.hîc ꝙ hoc edictum valet etiã ad exceptionem:vt ſi agat ille qui emit ab alienante cauſa mutandi iudicij exceptione repellitur.ſic &.s̃.tit.j.necnon.§. exẽplo. Sed fortè & ad actionẽ hoc caſu vt actor teneatur ad damna: vt dixi.s̃.eo. nõ ſolum.§.j.

licèt mens huius tituli videatur loqui in reo.Accur.

DE RECEPTIS QVI,&c.

*Quia de edẽdo & quædam alia præparatoria iudiciorum diximus, de iudiciis deberet dicere: ſed quia arbitria tractantur vt iudicia, vt. j̃. l. proxi. idcirco de receptis.i.de arbitris qui recipiuntur à partibus: vel econtra, id eſt de partibus quæ recipiũtur ab arbitro,dicit. inde receptũ.i.compromiſſum:vt C. de iud.l. rem nõ nouã.§.1. ibi,vel qui ex recepto.&c.*

*A magiſtratibus trãſit ad iudices, ac primũ de iudicibus cõpromiſſariis ſermonem inſtituit.Receptum eſt compromiſſum pecuniæ certæ. De receptis igitur id eſt de cõpromiſſariis . Verũ quia ſatis non eſt duos compromittere in aliquem,niſi & is cõſentiat arbitriúmq; recipiat quod defertur communi recepto partium,ideo ſubiicit, Qui arbitriũ recepertũt.Et quod ſequitur, vt ſententiã dicant,præcipuus eſt finis huius tituli,vt cõpellantur qui recepti ſunt, quiq; in ſe arbitriũ receperũt officio ſuſcepto perfungi. Perfunguntur ſi dicant ſententiã. Et ſententiam vocat quæ nõ eſt per omnia ſententia.l.quid ergo.§.ex cõpromiſſo . De his qui not. inf. Porro arbiter , ne quid præterea deſideres,eſt diſceptator electus ex cõpromiſſo partium qui diſceptandæ intra eos cauſæ officium in ſe recepit.Cuiacius.*

potentior emptor per licitationẽ vilius eã accipiat, & per hoc iterũ ipſe recipiat. Sed ipſe [e] quidẽ qui partem alienauerit, cõmuni diuidundo iudicio ſi agere velit , non audietur. [f] Is verò qui emit,ſi experiri velit : ex illa parte edicti vetatur, [g] qua cauetur ne qua alienatio iudicij mutandi cauſa fiat.

B

DE RECEPTIS * QVI arbitrium receperunt † vt ſententiam dicant.

* Vulgata edit. De receptis arbitris, &c.

† Receptum appellat, acceptationẽ arbitri,&cõſenſum & quaſi pactũ iudicãdi.cõpromiſſum autem eſt ſtipulatio inter litigatores vltro citro interpoſita. Cont.

TITVLVS VIII.

I. PAVLVS *libro ſecundo ad Edictum.*

COmpromiſſum [h] † ad ſimilitudinẽ iudiciorũ redigitur:& ad finiẽdas lites pertinet.

† In hũc locum Cic. in orat. pro Roſc. Comœdo.

II. VLPIANVS *libro quarto ad Edictum.*

EX compromiſſo placet exceptionem [i] nõ naſci,ſed pœnę petitionem. [k] C

Eo caſu quo iudicis ſentẽtia nõ tenet,illo ſi arbitri ſententiæ non paretur,pœna cum effectu nõ petitur.Bartolus.

h COmpromiſſum.Hîc nota ꝙ in omnibus iudicia imitatur tã in princ. [a] q̃ in medio [b] & quàm in fine,[c] vt hic,& C.e.l.pe.§.ſinautẽ.&.§.altera.ver.licèt.& de iud.l.rem non nouam.§.j.niſi aliud ſpecialiter inueniatur,vt quia à ſentẽtia arbitri nõ appellatur:vt.C.eo.l.j.Itẽ cautio de proſequẽda lite,& de reſtituẽdis expẽſis nõ præſtatur:quia ſufficit pœnã cõmitti: vt in auth.de liti.§.ad excludẽdas.in fi.§.coll.viij. vel dic vt in auth. generaliter.C.de epi. & cle. Itẽ pupillus ex cõpromiſſo naturali- D ter obligatur:quod patet,quia fideiuſſor accedit:vt.j̃.e. ſi pupillus.quod nõ eſt in iudicio:vt.C.qui le,per.ha. ſtan.in iudi.l.j. Itẽ ex cõpromiſſo nõ datur rei iudicatæ exceptio:vt.j̃.l.proxi.Acc.

a] Vt in citatione, & in libelli oblatione.

b] Vt in ꝓductione teſtium, & in dandis dilationibus.

c] Vt in ferẽda ſententia.Odof.hîc & Bal. in.l.1. C.eo.

EX compromiſſo.] CASVS.Pone ita caſum.De quadã cauſa quę vertebatur inter me & te, iuimus ad arbitrũ, & in eum cum pœna compromiſimus:poſtea autem ille arbiter me abſoluit,deinde autem tu nihilo minus me conueniſti:nunquid ex ſententia arbitri habeo exceptionem rei iudicatæ?Dicit quòd non : petere tamen poſſum pœnam.Viuianus.

i *Exceptionem*.ſ.rei iudi.ſed pacti ſic,ſi hoc agatur: vt. j̃. eo.l. litigatores. §. interdum. quæ eſt contra. ſed in caſibus tribus etiam exceptio rei iudi.datur:vt quando iuratum eſt. Item quãdo partes ſubſcripſerunt. [d] Item quando decem diebus tacuerunt : vt C.eo.l.ne in arbitris.&.l.pe.quæ ſunt cõtra . Vel dic quòd ibi nõ fuit pœna promiſſa in tribus caſibus prædictis:hîc autem ſic:vnde ſufficit eam peti , niſi eſſet actum vt tam ſententia eſſet firma, E quàm etiam pœna petatur:vt.s̃.de tranſac.qui fidem.&.j̃.de verbo.oblig.ita ſtipulatus.in fine.Sed quod de iuramento dixi : corrigitur [e] per auth.poſitam.C.eo.l.antepe.

d] Dicendo cõſentio vel non contradico.Bal.

e] Imo nõ corrigitur: vt in.ca.non ſine.& in ca. cũ tempore. extra eo.

k *Petitionem*. [f] ſiue certa pœna ſit promiſſa. ſiue ſententiæ ſtari: quia tunc ad intereſſe agitur:vt.j̃.e.diem.§.fi.Accurſius.

f Vide ad hoc quæ no. Inno.extra eo.ti.ca. dilecti. & cap. per tuas.

LAbeo.] CASVS. Geſſeram tutelam cuiuſdam pupilli,deinde finita tutela me conuenit, vel conuenire voluit , vnde compromiſimus in arbitrum:arbiter cognouit inter me & ipſum,me abſoluit : quæritur an teneat cõpromiſſum.Et dicit ꝙ non tenet ſententia iſta contra minorem lata:veruntamen ſi minor iterum agat,pœnã non præſtabit:reſtitui enim poterit . Itẽ dicit ſecũdò, quòd arbiter cogitur ferre ſententiam : & quare ad hoc cogitur, multas aſſignat rationes.[AIT.] Cogitur arbiter ferre ſentẽtiam poſtquam recepit arbitrium pœna hincinde promiſſa.Et coguntur omnes qui recipiunt arbitriũ,ferre ſententiam, dũmodo ſint inferiores eo;ſi eſſent maiores vel pares,nõ poſſet eos cogere. &

non

UNED

non intereſt,ſuſceperint in ipſo magiſtratu,vel ante.nam ſemper coguntur.Item dicit,quòd ſi filiuſfa. in ſe ſuſcepit arbitriũ,cogi poteſt dare ſententiã : nam poteſt eſſe arbiter de re patris,& etiã iudex poteſt eſſe de re patris : nec eſt curandum ſit arbiter bonæ famæ,vel nõ: ingenuus an libertinus:nã infamis poteſt eſſe arbiter. [IN SERVVM.] Dicit quòd non poteſt cõpromitti in ſeruum. Sed pone , ego & tu cõpromiſimus in ſeruum & Titium . dicit quòd Titius qui liber eſt, nõ poteſt cogi:nec dicet ſententiã niſi hoc actum fuerit. nam tũc cogitur Titius. Itẽ dicit ꝙ ſi ſeruus in quem fuit compromiſſum, liber factus fuit : tũc valet ſẽtẽtia, ſi cõſenſerit in eum factum liberum . Item dicit quòd in pupillum vel furioſum non poteſt compromitti.[SI QVIS.] Poteſtas Bonoñ . erat iudex ordinarius inter me & te. & dicit hîc ꝙ ipſe poteſtas non poteſt recipere compromiſſum:nec nos cogimur in eum compromittere. Itẽ dicit quòd ſi arbiter cõpromiſſarius per ſordes vel gratiam corruptus ſit : nõ cogitur ſententiam dicere.Item ſi arbiter vituperatus eſt à partib*, vel diffamatus alio modo : vel ſi partes ad aliũ iuerunt iudicẽ vel arbitrum:non cogeretur talis arbiter ſententiam dicere. [ARBITRIVM.] Duo compromiſimus in arbitrũ: vnus cõpromiſit pœnam,& alter non.dicitur hîc ꝙ non cogitur talis arbiter ſẽtẽtiam dicere. & hoc dicitur hîc,& in.§.vnde Iulia.[QVOD AIT.] Dicit enim prætor cogendum arbitrũ qui ſuſceperat arbitrũ, pœna vel pecunia hinc inde cõpromiſſa,non eſt vis facienda ꝙ facit mentionẽ pecuniæ: quia ſiue pecunia, ſiue quæcunque alia res fuerit in cõpromiſſo, idem eſt. Vnde ſi partes deponunt rem aliquã apud arbitrum de qua erat lis: vel aliam loco pignoris:cum videatur pœna cõpromiſſa,arbiter debet ferre ſententiã,& etiã cogi poteſt.[INTERDVM.] De fundo erat lis inter Titium & Seium. compromiſerunt in arbitrum.Titius debet.x.Seio, & econtra : quia ſimiliter Seius Titio in.x.tenebatur. Seius & Titius pacti ſunt ꝙ qui non ſtaret arbitri ſententiæ , quòd non poſſet petere.x.quæ ei debebantur.ſi alter non paret ſẽtẽtię arbitri:dicitur quòd non poterit.x.ſibi debita repetere. Item dicit, cum compromiſiſſemus in arbitrum,ego purè,& tu ſub conditione : pœnã promiſiſti.dicitur quòd non cogitur proferre ſententiã arbiter,niſi exiſtat conditio : & ſi alter noſtrum alteri acceptauerit pœnam , non cogitur arbiter dicere ſententiam.& hoc: dicit vſque ad.l.idem.

III. IDEM *libro tertiodecimo ad Edictum.*

LAbeo ait, ſi cõpromiſſo facto ſententia dicta eſt, quo quis à minore vigintiquinque annis tutelæ abſolueretur, [a] ratum id à prætore non habendum : neque pœnæ eo nomine commiſſæ [b] petitio dabitur: [c]

Ab initio nemo cogitur arbitrium ſuſcipere, ſed poſt ſuſceptũ cogitur explicare. Bart.

Tametſi neminẽ pretor cogat [d] arbitriũ recipere , quoniã hæc res libera & ſoluta eſt,& extra neceſſitatem iuriſdictionis [e] poſita,attamen vbi [f] ſemel quis in ſe receperit arbitriũ,ad curam & ſollicitudinẽ ſuam hanc rem pertinere prętor putat:nõ tantùm quòd ſtuderet lites finiri, [g] verùm quoniã nõ deberẽt decipi, qui eum quaſi virũ bonum [h] diſceptatorẽ inter ſe elegerunt. finge enim poſt cauſam iam ſemel atque iterũ tractatam, poſt nudata vtriuſq; intima, & ſecreta negotij aperta , arbitrũ vel gratiæ dãtem, [i] vel ſordibus [k] corruptum , vel alia qua ex cauſa nolle ſententiã dicere:quiſquámne poteſt negare ęquiſſimum fore prætorẽ interponere ſe debuiſſe, vt officium quod in ſe recepit impleret ? Ait prætor, *qui arbitrium pecunia compromiſſa receperit.* [l]

a *Abſolueretur.*ſecus ſi obtinuiſſet:vt.C.de procu.nõ eo minus.

b *Commiſſæ.* qualiter fuit cõmiſſa ? videtur enim quòd ipſo iure teneatur minor arbitrio:ſicut nec iudicio quãdo ſine auctoritate curatoris fecit, ſicut hîc fuit:vt.ſ̃.de re iud.l.acta.§.contra indefenſos minores.&.C.ſi aduer. rem iu.cum & minores. quæ ſunt contra. Si enim curator interueniſſet.valeret arbitriũ , quod hîc negatur. Sed dic aliud in arbitrio , vbi ipſe naturaliter tenetur: ideoq; fideiuſſor accedit : vt.ĵ.eo.ſi pupillus.& aliud in iudicio. Et erit ratio:quia cũ iudiciũ maius ſit, maiori auctoritate firmãdum eſt.Alij diſtinguũt an dixerit arbiter:condẽno hũc vt ſuum tutorem abſoluat:non expreſſo ꝙ ſit minor:& tunc præſumitur maior:& ita præſumo validã ſentẽtiã:niſi probetur minor:vt.C. de in integ.reſti.mi.ſi minorem.& ſic hîc loquitur.an arbiter dicat:condẽno hunc minorẽ vt ſuum tutorẽ abſoluat,ſiue non inquietet, vt tũc pręſumatur minor, & nõ teneat arbitriũ ipſo iure.

c *Dabitur.*quia obſtat exceptiõ petita reſtitutione in integrum: vt.ſ̃.tit.ij.necnon.§.exemplo. Accurſius.

d *Cogat.* ſic & infra de tribu.illud.circa prin.

Maior iudex cogit minorem, non maiorem vel parem.Barto.

Tractemus de perſonis arbitrãtium Et quidẽ arbitrũ cuiuſcunque dignitatis [m] coget [n] officio quod ſuſceperit perfungi,etiam ſi ſit cõſularis:niſi fortè ſit in aliquo magiſtratu poſitus , vel poteſtate, conſul [o] fortè,vel prætor:quoniã in hoc imperium non habet.

IIII. PAVLVS *libro decimotertio ad Edictum.*

NAm magiſtratus ſuperiore aut pari imperio [p] * nullo modo poſſunt cogi. † nec intereſt, [q] ante, an [in] ipſo magiſtratu arbitrium ſuſceperint. inferiores poſſunt cogi. [r]

V. VLPIANVS *libro tertiodecimo ad Edictum.*

SEd & filiusfamilias cõpelletur.

VI. GAIVS *libro quinto ad Edictum Prouinciale.*

QVinetiam de re patris dicitur filiumfamilias arbitrum eſſe.nam & iudicem [ſ] eum eſſe poſſe pleriſque placet.

Poteſt compromitti in libertũ, & etiam in infamem. Bartolus.

VII. VLPIANVS *libro tertiodecimo ad Edictum.*

PEdius libro nono & Pomponius libro trigenſimotertio ſcribunt parui referre , ingenuus quis , an libertinus [t] ſit : integræ

e *Iuriſdictionis.* ſ.vt nõ cõpellatur quis recipere per alium habẽtem quãlibet iuriſdictionẽ: ſed cõtra. C. de aduo. di.iu.l.ſancim*. j.in gl. fin. ſed ibi loquitur in delegato,hîc ĩ arbitro.

f *Vbi.*i.poſtquam.

g *Lites finiri.* vt hîc,& C. de agri. & cen. litibus.l.xj.& infra ſi cer. pet.l.quidam.

h *Bonum.*pręcipue nõ habito reſpectu ad aliũ.vnde in hoc genere arbitrij non recurritur ad aliũ:vt.ĵ. pro ſocio. l.ſi ſocietatẽ. &.ĵ.eo.l. diem.§.ſtari. Accur.

i *Dantẽ.* alteri partiũ.

k *Sordibus* . hoc caſu nõ videtur debere cogi : vt.ĵ.eo. ſed & ſi in ſeruum. §. ſunt & alij. quæ eſt contra.Sol.hic intelligas poſt ſecreta negotij aperta cogendum,ibi nõ erant aperta. Vel verius hîc accepit pecuniam vt ſentẽtiam non daret, vnde cogitur:ibi vt malè daret , vnde non cogitur ſecundum Io.Sed arg. contrariũ huic reſpon. ſ̃.de poſtu. l.fi. vbi etiã poſt nudata ſecreta erit aduocatus aduerſæ partis. Sed ibi ſpeciale fauore pupillorum.

l *Receperit.*ſubaudi,eũ ſententiã ferre cogam.

m *Dignitatis.* ſ.ſit.

* Conſul tamen ſuperior eſt prætore:licèt hĩ collegæ appellentur: quia ſcilicet iiſdẽ auſpiciis creabantur. Cõtius.

† Huc pertinet qđ de Nonio quæſtore refert Suetonius in Iulio.

n *Coget.* ſcilicet prætor.

o *Conſul.*hæc litera ſibiipſi contradicit.nam.ſ̃.dixit conſularem cogendum , hîc negat. Sed dic conſularem eſſe qui habet dignitatem,non adminiſtrationẽ: vt filius conſulis vel nepos at conſul eſt,qui habet vtrunque : vt ſupra de ſena.l.j.Accurſius. Conſularis quis.

p *NAm magiſtratus.Imperio.* ſ.magiſtratus. Et ſic nota ꝙ par parẽ cogere nõ poteſt : vt hîc,&.C.de ap.l.præcipimus. §.pe.&.ĵ.ad Treb.ille à quo. §.tempeſtiuũ.&.C.de l.& conſti.l. digna.Sed nũquid delegatus à papa coget arbitrũ qui cognoſcit de ſuſpicione ſua,procedere & finire? Reſpõ.ſic:vt arg.C.de iud. l.fin.&.l. apertiſſimi. in fin. ADDITIO. Pro hac gloſſa vide ca. ſuſpicionis.extra de offi.deleg.&.c.legitimam.de appel.lib.vj.

q *Intereſt.* quo ad hoc vt cogi non poſſit à pari vel inferiori. intereſt tamen quo ad alia : vt.ĵ.eo.non diſtinguemus.§.compromiſſo.ſed ibi non erat magiſtratus par vel ſuperior qui cogitur: imò ſimplex ſacerdos.ſed ibi eſt alius caſus.

r *Poſſunt cogi.* vt hîc,& infra de iudi.l.iudicium.

ſ *QVinetam.Et iudicẽ.*ſ.de re patris.a] ſed contra.ſ̃.de iur.om. iu.l.qui iuriſdictioni. Sol.in criminali cauſa non poteſt filius eſſe iudex patris,vel econtra:vt à contrario ſenſu.l.percipitur:vt.ĵ.de iud.in priuatis.in ciuili autem cauſa poteſt eſſe iudex delegatus:quia vice fungitur delegantis:vt.d.l.ĵ.de iud.in priuatis. & hic. ordinarius autẽ non eſt iudex vt poſſit diſcutere cauſam:vt in contrario. ſed tamẽ apud ſe poteſt fieri litis conteſt. vt ſ̃.de offic.præ.l. ſenatuſconſulto. ſed in caſu etiã vltra lit.cõteſt. procedit, vt adire ſuſpectam , & reſtituere hereditatem : vt.ĵ.ad Treb.ille.§.fi.&.l.ſeq.Et eſt ratio:quia pater nullum incommodum ſentit:vt inſti.de fideicom.hered.§.ſed quia heredes.

a] No. qualiter fili* poteſt eſſe arbiter in cauſa patris, licèt nõ in re propria , infra eo. ſi de re ſua. ſecũdum Bald. Addo text. concor . in cano. infames . circa med verſi.ſilius etiam.3. q.7.& tex.ille cõcor.ad l.ſequen.

t *PEditus.Libertinus.*nec quo ad alia refert : vt ſupra de tranſact.cum hi.§.nihil. &. C. de poſtu. l.ij.&.ſ̃. de adſeſ.l.ij. maximè hodie : vt in auth.vt li.de cæte.§.j.col.vj.

famæ quis ſit arbiter, an ignomonioſus. [a]

Si cõpromittatur in duos quorum vnus non poteſt eſſe arbiter, alter ſententiam dicere non cogetur, nec ſententia valet, niſi eſſet adiectum, in ſolidum. Bart.

In ſeruum Labeo compromitti non poſſe libro vndecimo ſcribit: B & eſt verum. Vnde Iulianus ait: ſi in Titium & ſeruum compromiſſum ſit, nec Titium cogendũ ſententiam dicere: quia cum alio receperit: quamuis ſerui, inquit, arbiterium nullum ſit.[b] Quid tamẽ ſi dixerit ſentẽtiam Titius? pœna non committitur: quia non vt receperit [c] dixit ſententiam.

VIII. PAVLVS *libro tertiodecimo ad Edictum.*

SEd ſi ita compromiſſum ſit, vt vel alterutrius ſententia valeat, Titium cogendum. [d]

Conditio arbitri inſpicitur tempore compromiſſi. Barto.

IX. VLPIANVS *libro tertiodecimo ad Edictum.*

SEd † ſi in ſeruum cõpromittatur, & liber ſententiam dixerit: puto ſi liber factus fecerit conſentientibus partibus, valere. [e] Sed neque in pupillum, [f] neque in furioſum, aut ſurdum, aut mutum cõpromittetur: vt Pomponius libro trigenſimotertio * ſcribit.

In iudicem ordinarium illius cauſæ non poteſt compromitti, etiam eo iubente. Bart.

D Si quis iudex ſit, † arbitrium recipere eius rei de qua iudex eſt, inve ſe [g] compromitti iubere prohibetur lege Iulia: * & ſi ſententiã dixerit, non eſt danda pœnæ perſecutio. Sunt & alij qui non coguntur ſententiam dicere: vt puta ſi ſordes aut turpitudo [h] arbitri manifeſta ſit. Iulianus ait, ſi eum infamauerunt [i] litigatores, non omnimodo prætorẽ debere eum excuſare, ſed cauſa cognita. [k] Idem & ſi ſpreta auctoritate eius, ad iudicium

X. PAVLVS *libro tertiodecimo ad Edictum.*

VEl alium arbitrum

XI. VLPIANVS *libro tertiodecimo ad Edictum.*

LItigatores ierint, [l] mox ad eundem arbitrum redierint: prætorem non debere eum cogere inter eos diſceptare, qui ei contumeliam hanc fecerunt, [m] vt eum ſpernerent, & ad alium irent.

Arbitrum autẽ cogendum non eſſe ſententiã dicere, niſi compromiſſum [n] interuenerit. Quod C ait prætor *pecuniam compromiſſam*, accipere nos debere [o] nõ ſi vtrinque pœna nummaria, ſed ſi & alia res [p] vice pœnæ, ſi quis arbitri ſententia non ſteterit, promiſſa [q] ſit. & ita Pomponius ſcribit. Quid ergo ſi res [r] apud arbitrum depoſitæ ſunt eo pacto, vt ei daret qui vicerit, vel vt eam rem [ſ] daret ſi non pareatur ſententiæ, an cõgendus ſit ſententiam dicere? & puto cogendum. Tantundem & ſi quantitas certa ad hoc apud eum deponatur. Proinde & D ſi alter rem, alter pecuniam ſtipulanti promiſerit, plenum [t] compromiſſum eſt: & cogetur ſententiã dicere. Interdũ, vt Pomponius ſcribit, rectè nudo pacto fiet cõpromiſſum: * vt puta ſi ambo debitores fuerunt, & pacti ſunt ne petat quod ſibi debetur [u] qui ſententiæ arbitri non paruit. [x] Item

a *Ignominioſus*. id eſt infamis. Et ſic not. infamem arbitrum eſſe poſſe: vt hîc. Item procuratorem: vt inſtit. de except. §. fi. ſecus in iudice: vt. j. de iudi. l. cum prætor. §. ij. [a] &. C. de dig. l. ij. lib. xij. Itẽ ſecus in adſeſſore: vt. ſ. de adſeſſ. l. ij. in fi. Item ſecus in aduocato: vt. ſ. de poſtu. l. j. §. hoc edicto. Sed an excõmunicatus poſſit eſſe arbiter? Reſpon. quòd non, [b] propter legem dei in qua dicitur. Habendus eſt vt ethnicus & publicanus. Itẽ partes non poſſunt ſecum participare: vt in auth. de priui. do. in fin. col. viij. inter hęreticos poteſt: vt. C. de hæreti. l. quoniã. Item excommunicatus non poteſt eſſe arbiter: vt extra de re iud. ca. ad probãdum. Et arg. huius literæ: quia ſeruus nõ poteſt eſſe arbiter, & excommunicatus eſt ſeruus diaboli: vt in. e. tit. de ſen. excom. c. nouerit. & ſeruus eſt peccati: vt. C. de ſen. paſ. l. fin. in glo. ſeruo.

b *Nullum ſit*. nec etiã arbitratus eius eſt vllus: vt. j. de verb. ſigni. illa verba. Vel fortè ponitur [c] ibi arbitratus pro eo arbitrio quod eſt ſimile iudicio: vt infra eod. item ſi vnus. §. Idem Põponius. Eadem de monacho. itẽ no. hîc vtile per inutile vitiari. ſic. ſ. de tranſac. cũ hi. §. ſi prætor. Arg. contra. j. de ſtipu. ſer. ſed ſi. ſed hoc eſt generale vt inutilis adiectio vitietur, & non vitiet: vt. j. communia præ. proprium. Et contraria ſunt ſpecialia.

c *Non vt receperit*. recepit cum alio, & ſolus dixit. Et not. hîc argu. pro iudicibus delegatis vt non debeant diſcedere à verbis reſcripti: vt hîc, &. j. eo. item ſi vnus. §. itẽ ſi plures. &. l. Celſus. in fin. &. j. de exer. act. l. j. §. igitur præpoſitio. &. j. man. diligenter. Accurſius.

d SEd ſi ita. *Cogendum*. vt infra eod. l. non diſtinguemus. §. cum in plures.

e SEd ſi. *Valere*. videtur enim ex nouo in liberum compromitti. & facit. C. ſi rec. prouin. l. j. in fi.

f *Sed neque in pupillum*. nec in minorem. xxv. annis: vt infra eo. E l. cum lege. nec in mulierem: vt. C. eod. l. fina. ADDITIO. Dic hoc verum, niſi ſit talis qui de iure communi vel conſuetudine habeat iuriſdictionem vel poteſtatem iudicandi: quia tunc validè poterit in cauſa compromitti: vt ca. dilecti. extra eo. Barto.

g *Inve ſe*. ve pro &. & ſic erit tantùm vnus caſus, quando ſcilicet vellet compellere vt in eum cõpromitterent, ſecũdum quoſdam. Tu dic, quòd prohibet recipere volentes: & prohibet vim fieri nolentibus. Et eſt ratio fortè ne videatur iuriſdictione ſibi data abuti. ſed nonne de conſuetudine aliter obſeruatur? nam ſemper de hoc iudices inquirunt, an velint concorditer agere: & in ſe recipiunt. Ad hoc dicunt quidam, quòd corrigitur hæc lex per conſuetudinem generalem: vt. ſ. de le. & ſenatuſcon. de quibus. in fi. quod nihil eſt. Item per legẽ videtur hoc falſum quod hic. §. dicit: vt. j. de ope. no. nũ. l. j. §. & poſt. & in auth. vt. dif. iud. §. ſi verò. coll. ix. quæ ſunt contra. Sol. dicunt quidam hanc corrigi. Tu dic quòd non corrigitur nec conſuetudine, nec lege: & A loquitur in eo caſu, quando in modum arbitri compromiſſarij vult in ſe recipere, vt lis cõteſtetur, & de calumnia iuretur: quod fieri non debet, nec fit: ſed contraria loquuntur quãdo amicabiliter tractat ille iudex: & ſub pœna etiam ibi promitti poteſt: & dabit alicui quandoque minus, quandoq; pl⁹ quàm dari debeat: quod nõ fieret per ſententiã: & de tali loquitur. j. idẽ Pomponius. §. recepiſſe. &. C. de cõtrahen. empt. l. fina. &. xxiij. q. viij. ſi quis mẽbrorum. &. v. q. iij. ſi primates. At iure canonico videtur quòd ordinarius iudex poteſt eſſe arbiter de eo de quo eſt iudex: vt extra de arbi. ca. cum tempore. & extra de elect. ca. cauſam. Idem in delegato: vt extra de pręſumpt. c. j. & de arbi. c. fi. & de præben. c. niſi. Sed dic quòd dictæ decret. de arbitratore loquuntur. Accurſius.

h *Turpitudo*. quia corruptus eſt per pecuniam: ſed cõtra ſupra. l. iij. §. tametſi neminem. Sol. vt ibi. Hîc tamen de quo loquitur, ſi ſententiam dixerit, tenet: ſed de dolo excipitur: vt. C. eo. l. arbitrorum. Secus in iudice: quia tunc per pecuniam lata, non valet ipſo iure: vt. C. quando prouo. non eſt neceſ. l. venales. & de pœ. iud. l. ij. ſed per gratiã, tenet: vt infra ad Treb. ſeruo inuito. §. cum prætor. Accur.

i *Infamauerunt*. ſcilicet de facto. Accurſius.

k *Cognita*. in cauſæ cognitione verſatur an grauis ſit iniuria: vt plenè dicam infra eo. itẽ ſi vnus. §. j.

l LItigatores ierint. ſcilicet ambo. Si autẽ vnus ſolus iudicem adiuit ſpõte: ſi quidẽ litem conteſtatus fuit, ſoluitur arbitriũ, & pœna cõmittitur: vt. j. eo. ſi quis rem.

m *Fecerunt*. no. non debent ab eo audiri quem ſpreuerunt: vt in auth. vt li. ma. & auiæ. §. antepe. ibi, non enim debet, &c. col. ix.

n *Compromiſſum*. id eſt niſi pœna hincinde promiſſa fuerit: vt E infra eo. non diſtinguemus. §. j.

o *Nos debemus*. aliàs non debere. & tunc ſubaudi dicimus.

p *Alia res*. quia nomine pecuniæ omnes res ſignificantur: vt. j. de verb. ſignifi. pecuniæ. & ſic accipitur. j. de iure do. l. quæro.

q *Promiſſa*. ſcilicet litigatoribus inter ſe. ſed quid ſi ipſi arbitro? Dicit P. non tenere compromiſſum. Ioan. & Azo. quòd ſic. & actionem ſibi quæſitam cedet parti parenti contra non parentem arbitrio: vt arg. infra de præſcrip. ver. ſi rem tibi. §. fin. &. j. proxi. reſpon. addo quòd hoc tacitè fuit actum: ergo pro expreſſo habendum eſt: vt. j. ſi cer. pet. l. cum quid.

r *Si res*. de quibus erat lis: vel ſi non erat, debebat eſſe loco pignoris.

ſ *Eam rem*. de qua non erat lis.

t *Plenum*. id eſt validum.

u *Debetur*. ex alia cauſa, quàm de qua eſt compromiſſum.

x *Paruit*. quo caſu contra non parẽtem habebit alter exceptionem

a] Dic quòd nõ poteſt eſſe iudex, vt ibi: ſed arbiter ſic, & procurator: vt in d. §.

b] Et bene Bar. & B. poterit tamen eſſe arbitrator. Bar. in. l. ex facto §. ſi quis rogat⁹, ad Treb. infra. & Panor. in ca. quintauallis. extra de iureiur.

c] Hęc vera, quia ſeruus poteſt eſſe arbitrator, & amicabilis compoſitor: ex quo requiritur merum: vt. §. ſed cũ factũ. inſti. de ſtipu. ſeruorum.

† Vulgata editio, Sed & ſi.

* 23.

† Cõcor. tex. in cano. infames. 3. q. 7. vbi ſunt verba iſtius. §. ex quo not. ꝙ null⁹ poteſt eſſe arbiter in ea cauſa in qua eſt iudex.

* Iudiciorũ, lata à Iulio. Cæſare. de qua in l. 41. j. eo. & l. 2. j. de iudiciis.

Sentẽtia per pecuniam & per gratiam lata differũt.

* Quod valet ad excipiendũ cum rem tenemus: licèt non valeat ad agendum in eos qui rẽ tenent. l. iuriſgentium. ſ. de pac. ex eo autẽ cõpetit exceptio pacti, nõ rei iudicatę: vt. l. 2. ſ. eod.

UNED

nem ex pacto.& ſic eſt contra ſupra eo.l.ij. Sol.non naſcitur exceptio rei iudi. vt ibi: ſed pacti ſic, vt hîc. Sed huic ſolutioni obſtat infra eod.tit.l.idem Pomponius.in fin.j.caſus. Sed expones ibi literam, vt dicam. Vel dic, non naſcitur exceptio in re principali, vt ibi,ſed in alio loco pœnæ ſic: vt hîc dicitur.

a *Alter non*. vt.j.eo. idem Pomp.j.reſpon.

b *Tot milia*. ſ.nomine pœnæ dare ſpondes?

c *Conditione*.vt hîc,& j. eod. non diſtinguemus.§.ſumma.

d *Quo caſu*. cũ ſub cõditione pœna promittitur.

e *Proferatur*. vt & infra eo. & ſi qua.§.arbiter. Poteſt autem proferri ſi hoc actũ fuit ab initio: vt infra eod.ſi cum.in princ.&.l.non diſtinguemus.§.fi.

f *Pomponius ait.Et ſi alteri*.Not.quòd ſi vni accepto lata ſit pœna, arbiter ſententiã non cogitur dicere: quia & alij videtur eſſe accepto lata: vt. j. de accep,l.fina.Vnde cum nõ ſtetur arbitrio, niſi metu pœnę:merito ergo non cogitur. Acc.

*Idem.*] CASVS. eſt talis: Ego & tu plures habebamus adinuicẽ petitiones. nã ego tibi ex quibuſdam cauſis tenebar: & tu ex aliis cauſis mihi tenebaris: accidit ita ꝙ de meis petitionibus ſolùm cõpromiſimus: & ego etiam à te pœnam ſtipulatus ſum, ſi ſententia arbitri non ſtares: ſed tu nullã pœnã à me ſtipulatus fuiſti. quærebatur, an illud compromiſſum teneat?Dicit iuriſcõſul. certè nõ video vnde hæc quæſtio veniat: nec video vnde procedat dubitatio. Nam ſi ideo dicis te dubitare, quòd de rebus vnius eſt compromiſſum: certe nulla eſt dubitatio: quia licet de vna re compromittere. Si verò quòd ex vna tantum parte fuit pœna promiſſa: iuſtè dubitas, & de hoc poteſt dubitari. & allegat quòd debeat tenere compromiſſum: in fine tamen dicit quòd non tenet. [RECEPISSE.] Iſte.§.facit differentiam inter duo:ſcilicet inter arbitrum,& arbitratorem. Nam arbiter eſt, qui recipit officium iudicis: & promittit ſe litem ſua ſententia terminare. Sed arbitrator eſt, qui vult videre an inter eos componere poſſit: nec procedit more iudicis ſicut arbiter facit. [EX COMPROMISSO.] In diebus feriatis arbiter non cogitur ſententiam dicere: ſed abſtinere debet,ſicut iudex abſtinet ſe: niſi in caſu ſi dies compromiſſi finitur. tunc enim cogitur.& ſi ei non liquet de cauſa,datur ei ſpatium.Item arbiter debet ordinare diem partibus: aliàs ille arbiter per ſuperiorem cogitur omni tempore ſententiam dicere.

† In vulgatis eſt lex.Idem Pomponius.

Iulianus ſcribit non cogendũ arbitrum ſententiam dicere, ſi alter promiſerit, alter non. [a] Idem dicit & ſi ſub conditione fuerit pœna compromiſſa: veluti ſi nauis ex Aſia venerit,tot milia. [b] nõ enim prius arbitrum cogendum ſententiam dicere, quàm conditio exſtiterit, ne ſit inefficax deficiente conditione. [c] & ita Pomponius libro trigenſimotertio ad edictum ſcribit.

XII. PAVLVS *libro tertiodecimo ad Edictum.*

Quo caſu [d] ad prętorem pertinebit in eo forſitan ſolo, vt ſi poſſit dies compromiſſi proferri, proferatur. [e]

XIII. VLPIANVS *libro tertiodecimo ad Edictum.*

Pomponius ait,& ſi alteri [f] accepto lata ſit pœna compromiſſi, non debere eum compelli ſententiam dicere.

Licèt de cõtrouerſiis vnius partis tantùm ſit compromiſſum, arbiter non cogitur ſententiam dicere,ſi ab vna tantùm parte pœna promiſſa eſt: etiam ſi actor fuerit ſtipulatus. Bartolus.

† Idem Pomponius [g] ſcribit: Si de meis ſolis cõtrouerſiis ſit compromiſſum, [h] & de te [i] pœnam ſim ſtipulatus: videndum ne [k] nõ ſit compromiſſum. Sed cui rei [l] moueatur, nõ video. Nam ſi ideo, quia de vnius controuerſiis ſolùm [m] cõpromiſſum eſt, nulla ratio [n] eſt.licèt enim & de vna re [o] cõpromittere. Si verò ideo,quia ex altera duntaxat parte ſtipulatio interuenit,eſt ratio: [p] * quanquã ſi petitor quis ſtipulatus eſt, poſſit dici plenum [q] eſſe cõpromiſſum: quia is qui conuenitur,tutus [r] eſt velut pacti exceptione: [ſ] is qui conuenit,ſi arbitro non pareatur, habet ſtipulationem. Sed id verũ eſſe non puto.neque enim ſufficit exceptionem habere vt arbiter. ſententiam dicere cogatur.

* Speciẽ aliquam habet hęc ratio,tametſi improbetur. j. in his verbis, ſed id &c.

Arbiter eſt qui inter partes iudicis aſſumit officium, non qui amicabiliter componit.Bart.

Recepiſſe [t] * autem arbitrium videtur, vt Pedius libro nono † dicit,qui iudicis [u] partes ſuſcepit, finémque ſe ſua ſententia controuerſiis impoſiturum pollicetur. [x] Quòd ſi [y] (inquit) hactenus interuenit,vt experiretur [z] an conſilio ſuo vel auctoritate diſcuti litem paterentur: non videtur arbitrium recepiſſe. [a]

* receperit. † octauo.

Hîc iuriſconſultus incipit exponere illa verba ſubaudita per glo. quæ dicit, ſententiam ferre cogam. & hoc intendit: Arbiter non poteſt cogi ſentẽtiare die feriata, niſi ex cauſa. etiam non cogetur ſi ſibi de cauſa non liquet. h.d.cum duabus legibus ſeq. Bar.

Arbiter ex cõpromiſſo his diebus non cogitur ſententiam dicere, quibus iudex non cogetur: [b] niſi dies [c] compromiſſi exitura [d] ſit, nec proferri poſſit. [e] Proinde ſi fortè vrgueatur à prætore ad

p *Ratio*. ſcilicet dubitandi vel quærendi.nam inuenitur claudicare iudicium: quod eſſe non debet: vt infra eo.ſi cum.§. pe.& arg. C.de fruc. & li.expen.l.fina.

q *Plenum*. id eſt validum. aliter enim ponitur infra eod.ſi cum. §.j.&.C.de fruc. & lit.expen.l.fi.§.j. & dic vt ibi.

r *Tutus eſt*.ſi abſoluatur ab arbitro.Accur.

ſ *Exceptione*. tacitè enim videbatur cõpromittere ne peteret, ſi contingeret ſentẽtiam contra ſe dari.Sed non eſt verum quòd tacitè interuenerit pactum: vt ſubiicit, ſecundum M. Sed tu dic ſecundũ Ioan. quòd verè datur exceptio taciti pacti: ſed tantùm ex vna parte: quod non ſufficit: vt ſubiicit, nec enim, &c. Si autem ex vtraque, vt quia ſic pacti fuiſſent, ſufficeret: & cogeretur dare ſententiam:vt ſupra eod.litigatores.§.interdũ. quę eſt contra.Et quod dicit, ſed id eſſe verum nõ puto, ſcilicet quòd ita teneat arbitrium,vt arbiter ſententiam dicere teneatur: vt ſtatim euidenter ſupponit: tenet tamen ſic, vt ſi ſponte dicat arbiter, ſententia ſit ſeruanda. in multis enim caſibus arbiter non cogitur: ſi tamen ferret ſententiam, valeret: vt ſupra eod.ſed ſi in ſeruum.§. fin. ſecũdum Ioan. ſed ſecundum Azo. non tenet compromiſſum, etiam vt ſponte dicere poſſit ſententiam: vt C.eod. l. pe. j. reſpon. &.§.altera.& ideo huiuſmodi exceptio pacti taciti nõ datur etiã ſi ſententiam dixerit. Nec ob.ſupra eod.litigatores.§. interdum. quia ibi ſuper alio fiebat pactum, & ſuper alio compromiſſum. hîc autem de eodem intelligitur tacitum pactum. & quod hîc dicit, non ſufficit habere except. ſcilicet vnam poſito hoc quòd detur exceptio hoc caſu: quod non eſt verum ſecundum eum quòd detur exceptio: ſed ſecũdum Azo. puto M.melius dixiſſe. Accurſius.

g *Idem Pomponius*. quidam habent hîc.§. idem Pompo.alij habent.l.ſi de meis.

h *Compromiſſum*.id eſt de his tantum,quas tibi faciebam.Acc.

i *Et de te*.id eſt ad te,non autem tu à me.ſimile.C.de fideicommiſſis.l.j.Accurſius.

k *Ne*. id eſt an.

l *Cur res*. id eſt quæſtio.ſed ſi habes,rei: dic, ſcilicet moueatur quæſtio. Accurſius.

m *Solùm*. id eſt ſolummodo.

n *Nulla ratio eſt*. ſcilicet dubitandi vel mouendi.

o *De vna re*.multo magis de omnibus controuerſiis vnius.

t *Recepiſſe*. exponit nunc verbum, receperit, quod eſt ſupra eo. l.iij.§.ait prætor.

u *Iudicis*. vt ſupra eo.l. j.Accurſius.

x *Pollicetur*. vt infra eo.qualem.§.dicere. [a]

a ] aliàs.l.dicere.

y *Quòd ſi*. pro ſed.

z *Experiretur*. id eſt probaret.

a *Recepiſſe*. ſed magis arbitratum: & de tali dicitur infra de noui ope. nun.l.j.§. & poſt. & in authen. vt dif. iu.§.ſi verò.col. ix.& ſecundum hoc poterit iudicare, & auferre de iure vnius, & dare alteri. Vel poteſt intelligi hæc litera, quòd tantùm volebat videre an per voluntatem poſſet eos concordare.Sed an cogi poſſit?Reſpon.vt.C.de contrahen.emp.l.fin.

b *Non cogeretur*. vt feriatis diebus, qui enumerantur.C.de feriis. l.omnes.

c *Niſi dies*.hîc excipit de tempore meſſium: & ſic non excipit à toto.ſic.s.ſi quis cau.l.ſi quis ſeruum.

d *Exitura*. not. compelli iudicare propter timorem temporis: ſic & reus debet ſubire iudicium:vt ſupra de procura.ſed etiam. &.j.de iudi.ſed & ſi.§.ſed & ſi dies.

e *Proferri poſſit*.non poteſt autẽ proferri quãdo non fuit actũ vt poſſit proferri:vt.j.eo.nõ diſtinguemus.§.fi. ſed tunc quãdo nõ

eſt actum: ſi ambæ partes volunt proferre, debet arbiter conſentire in ſe denuo compromitti, vel ſtatim iudicare: vt infra eod. arbiter. j. §. fin. in fi. A

a *Ad ſententiam.* quod eſt quando dies eſt exitura: vt prædixit.

b *Nondum liquere.* ſed nõne ibi ſemper liquet? nã aut probatum eſt ab actore plene: & tunc vincit. aut non: & tũc abſoluitur reus: vt inſtit. de interdict. §. retinendæ. verſic. cõmodũ? Reſpõ. imò ſi actor non probauit, nõ eſt liquidum ei de cauſa. i. quis ſit dominus rei: licèt ſit liquidũ quid debeat pronũtiare. Nam ideo quia ſibi non liquet, ꝓnũtiat pro reo: vt in prædicto. §. dicit. Præterea poteſt eſſe ꝙ bene probauit, & tamẽ non liqueat, quia atteſtationes nondum vidit. & facit infra de re iudi. Pomponius.

* Vide Celiũ lib. 14 cap. 2. & Aſcon. in diuina.

ſententiam: [a] æquiſſimum erit ſi iuret ſibi de cauſa nondum liquere, [b] *ſpatium [c] ei ad pronuntiãdum dari.

XIIII. Pomponius *libro vndecimo ad Q. Mucium.*

Sed ſi compromiſſum ſine die confectum eſt, neceſſe eſt arbitro omnimodo dies ſtatuere [d] partibus ſcilicet conſentientibus: & ita cauſam diſceptari. quòd ſi hoc prætermiſerit, [e] omni tẽpore cogendus eſt ſentẽtiam dicere. [f] B

XV. Vlpianus *libro tertiodecimo ad Edictum.*

Licèt autem prætor deſtrictè edicat ſententiam ſe arbitrũ dicere coacturum, attamen interdum rationem eius habere debet, & excuſationẽ recipere cauſa cognita: vt puta ſi fuerit infamatus [g] à litigatoribus: aut ſi inimicitiæ capitales [h] inter eum & litigatores aut alterum ex litigatoribus interceſſerint: aut ſi ætas, [i] aut valetudo quæ poſtea [k] contigit, id ei munus remittat: [l] aut occupatio negotiorum propriorum, vel profectio vrguens, aut munus aliquod reipublicæ. Et id Labeo. C

XVI. Paulus *libro tertiodecimo ad Edictum.*

Et ſi qua alia incommoditas ei poſt arbiterium ſuſceptum D

c *Spacium.* vt denuo cõpromittant in eũ cũ non fuerit actũ de die proferenda: vt infra e. §. arbiter. j. in fi. Sed cõtra. ⁊. e. ſi cũ dies. j. rñ. Sed ibi nõ petebat arbiter ſe excuſari propter aliquã ſuã neceſſitatem: imò iure cõmuni dicebat ſe liberatũ, finito tempore in quo cõpromiſerunt in eum partes: vbi nõ cogitur vt patiatur in ſe denuo compromitti.

d *Ed ſi. Statuere.* ad diſputandũ & definiendũ. ſic ſupra qui ſatiſda. cogan. l. de die.

e *Prætermiſerit.* ſcilicet ſtatuere diem ad definiendum, cum partes conſentiant.

f *Dicere.* ſi liqueat, & aliud non impediat. Io. vt quia ſit dies feriatus: vt ſupra. l. proxi. §. fin. Alij dicunt etiam vltra triennium.

g *Licet. Infamatus.* ſ. de facto. & plene dices. ⁊. eo. item ſi. §. j.

h *Capitales.* duobus modis: ſiue quia mortem ſibi minantur: ſiue de crimine capitali ſe accuſant: vt in authen. de teſti. §. ſi vero aliter odioſus. coll. vij. & ſemper, ſiue cum vno ex litigatoribus, ſiue cum vtroque.

i *Aetas.* vt infra eo. l. cum lege.

k *Poſtea.* quæ enim poſtea emergũt, auxilio indigent: vt. ⁊. de inter. ac. de ætate. §. ex cauſa. & . ⁊. de ven. inſpi. l. j. in prin. & . ⁊. vt in poſſeſ. leg. l. planè. Quid ſi ante? Rñ. nõ excuſatur: vt ex dictis. ll. colligi poteſt: & . ⁊. de vac. mu. l. pe. §. ſi. Itẽ facit ad hãc. l. ſ. de ꝓcu. l. filius. §. fi. & . l. ſeq. & . l. ante litẽ. cũ ſequẽ. Itẽ no. ex prin. hui* l. & ex his quæ hic ſunt, ꝙ vbi lex nõ diſtinguit, nos tamẽ diſtinguimus: vt. ⁊. de teſti. l. quæſitũ. arg. cõtra. ⁊. de Publici. l. de pretio. & . ſ. de offi. præſi. l. iij. ADDITIO. Tu dic ꝙ vbi lex nõ diſtinguit, nec illa, nec alia, nec ratio legis: nec nos diſtĩguere debemus: ſecus ſi per aliã legẽ vel rationẽ diſtingueretur. ſcribentes in. l. de pretio. hĩc allega. & vide Ia. in. l. quãuis. ſ. de in ius vocã. E

l *Remittat.* ſ. in totũ. & ſic corrigĩ per. l. ⁊. ꝓxi. ibi, ſed ĩ cauſa & c.

m *Et ſi qua. Cauſa cognita.* Hoc verſatur in cauſæ cognitione, vt ſi ægritudo, vel ſimilis excuſatio citò finiatur, proferatur dies: aliàs non: vt. ⁊. de iudi. ſi longius. j. reſpon. Accur.

*Arbiter.*] CASVS. Duo in me cõpromiſerunt: nõ potui arbitrio vacare propter negotium meum publicũ vel priuatũ: quia neceſſe habui militare, vel cauſare. Dicit ꝙ ſi diẽ nõ poſſum ꝓlongare, ꝙ excuſari debeo. aliter enim ſi prorogari poteſt dies, cogẽdus ſum: nõ autẽ excuſandus diẽ prorogare: qd ſine diſtinctione, & ſine omni excuſatione facere debeo. nullũ enim damnum inde cõſequor. Sed pone. Dies compromiſſi eſt exacta: nec fuit actũ in cõpromiſſo de lite proferẽda: vnde volunt partes vt ſtatim debeã ferre ſententiã: nũquid potero me excuſare à prolatione ſentẽtiæ per hoc quòd negotiis propriis diſtineor? Certè non: niſi paratus ſit ille arbiter pati iterũ compromitti in ſe.

incidat. Sed in cauſa valetudinis ſimilibúſve cauſa cognita [m] differre cogitur. Arbiter iudicij ſui nomine, quod publicum [n] aut priuatum [o] habet, excuſatus eſſe debet à compromiſſo, vtique ſi dies compromiſſi proferri non poteſt. [p] Quod ſi poteſt, [q] quare non cogat eum cum poteſt proferre? [r] quod ſine vlla diſtrictione † ipſius [ſ] interdum futurum eſt. [t] Si tamen [u] vterque velit eum ſententiam dicere: an quamuis cautum non ſit de die proferenda, non aliàs impetret, [x] quia iudicium habeat, ne cogatur, quàm ſi conſentiat denuo in ſe compromitti? [y] hæc [z] ſcilicet ſi dies exitura eſt.

XVII. Vlpianus *libro tertiodecimo ad Edictum.*

Item ſi vnus ex litigatoribus bonis ſuis cedat, [a] Iulianus libro quarto Digeſtorum ſcribit non eſſe cogendum arbitrum ſententiam dicere: cum neque agere neque conueniri [b] poſſit. Si multo [c] poſt reuertantur ad arbitrium * litigatores: non eſſe cogendum ſentẽtiam dicere Labeo ſcribit.

Non poteſt vnus arbiter ſine alio ſententiam ferre. Barto.

Item ſi plures ſunt qui arbi-

n *Publicum.* vt quia accuſatur, vel accuſat aliquem de publico crimine: vt. ⁊. de cuſto. re. l. ij. §. fi. Sed arg. cõtra. ſ. ſi quis cauti. l. ſed & ſi. §. illud ſciendum.

o *Aut priuatũ.* vt quia conuenitur de aliquo crimine priuato, vt furto, vel ſimili: vel etiam in cauſa ciuili dum diſtringitur in alio auditorio: vt infra de re iudi. contra pupillum. §. fi. Item ſi quocunque iuſto modo ſuis negotiis impediatur: vt ſupra eo. l. proxi. in fi.

† ſic edidit Taurell. cõtra fidem archetypi, in quo eſt diſtinctione, vt ipſe ait.

p *Non poteſt.* vt quia nõ eſt cautum de proferẽdo: vt infra eo. non diſtinguemus. §. fin.

q *Quod ſi poteſt.* ſcilicet differre: quia hoc conuenit ab initio.

r *Proferre.* ſ. diem.

ſ *Ipſius.* prætoris, ſecundum primũ caſum: ſed ſecũdum ſecundũ, ipſius arbitri.

t *Futurum eſt.* q. d. cogetur differre ſiue proferre. Et dic diſtrictione, ſcilicet prætoris. q. d. ſi eſt bonus homo arbiter, nõ expectat iuſſum prætoris. & ſic planè. Vel dic diſtrictione id eſt damno vel incõmodo. & ſic no. ꝙ facilè debeo ſuſtinere, qđ mihi non nocet, & alij prodeſt: vt. ⁊. de euict. l. in creditore.

* arbitrum.

u *Si tamen.* redit ad primum.

x *Impetret.* ſ. arbiter, ne cogatur. ſ. ad dandam ſententiã. ſ. ea ratione. quia iudiciũ habet. nam hæc erat ratio quare excuſare volebat, quàm ſi & c.

y *Compromitti.* q. d. compellitur pati denuo in ſe compromitti, vel ſtatim iudicet. Nec ob. ⁊. eo. l. ſi cũ. in prin. quia excuſabat ſe ibi tantùm iure communi, non propter ſuum factum: & ideo ibi non cogitur: hĩc autem propter ſuum factum.

z *Hæc.* ſ. dicẽda ſunt, vt patiatur denuo in ſe cõpromitti, ſi dies & c. & quãdo non fuit factum de die proroganda: vt. ſ. eo. §. Ac.

Effectus ſententiæ arbitri, tranſit ad heredes, licèt de eis mentio facta non fuerit. Bartolus.

XXXVII. CELSVS *libro ſecundo Digeſtorum.*

*Vamuis.*] CASVS. Si præcipiat arbiter ne Titius à me pecuniam petat,&nec in cõpromiſſo heredis facta ſit mentio : ſi heres petat, an committatur pœna? Dicitur quòd ſic.Viuianus.

QVāuis arbiter alterũ ab altero petere vetuit:[c] ſi tamẽ heres petit,pœnã cõmittet.[d] non enim differẽdarum[e] litium cauſa, ſed tollendarum ad arbitros itur.

C

c *Vetuit*.ſ.tantùm, nõ etiam heredem.Ioan.

cõpromiſit.

d *Committet*. etiam ſi heres ignorans cõpromiſſũ fuiſſe egit : vt.j. de reg. iur.l. qui in alterius.in fin.Accur.

e *Differendarum*. differre & tollere contraria ſunt: vt hîc, & ſic quod differtur, nõ auffertur : vt inſtit.de fin. re.per fideicom.re.§.libertas.verſi. qđ ſi dis. &.j.de iudi.deſtitiſſe.

Differre & tollere,contraria ſunt.

In pœnis nõ inſpicimus intereſſe,quãdo offẽditur is cui principaliter eſt promiſſa. h.d.tex.cũ gl.B.

XXXVIII. MODESTINVS *libro ſexto Regularum.*

CVm pœna ex cõpromiſſo petitur:is qui cõmiſit,[f] dãnad⁹ eſt.nec intereſt an aduerſarij ei⁹ interfuit arbitri ſẽtẽtia ſtari,nécne[g]

Primo ponit ex quibus cauſis pœna cõpromiſſi cõmittatur. Secũdò,an arbiter poſſit punire cõtumaciã litigatoris.ſecũda ibi,ſed etiam.Prima pars legitur duobus modis. & ſecundũ primã lect. veriorem breuiter hoc intẽdit : Qui nõ dat quod iuſſ⁹ eſt dare, vel dat operã ne feratur ſentẽtia , incidit in pœnã.h.d.Ro. legit alio modo,

*Vm pœna.*] CASVS. Pone. duo ĩ Titiũ cõpromiſerunt,quorũ vnus fundũ petebat: quem fundum vel rem aliquã ſtatim erat reſtituturus:& ſic non intererat eius:imò magis intererat ſibi non reſtitui:nec intererat illius à quo petebatur, cũ ea euicta alius de dupla ei tenebatur à quo emerat.nunquid ſi non pareatur tali arbitro,quamuis nullius partium interſit,committitur pœna?Et certè ſic.Viuianus.

f *Commiſit*.nec ſtetit ſententiæ.

g *Nécne*.vt quia ad rem quandam reſtituẽdam mihi fuiſti damnatus:& nõ intereſt mea mihi reſtitui : quia fortè alij reſtituturus ſum.nec tua intereſt fortè ſi reddis:quia alius tibi in duplum de euic.tenetur quocunq; modo[b] tibi euinceretur. Et hoc quãtum ad pœnam:vt hîc,&.j.de verb.obli.ſtipulatio iſta.§. alteri. Item hoc quando directò fit contra ſententiam: vt dixi. alioquin intereſt an interſit:vt.ſ.eo.aduerſus.Accurſius.

b]Hanc glo. reputat ſingularẽ Ang. in.§. fin. inſtit. de emp. & vendit. ad hoc , quòd quando vẽditor promiſit empto ri teneri de euictione quomo docunque & qualitercũque res fue-

E

*On.*] CASVS. Lex iſta idem dicit quod in.l.non diſtinguemus.§.quæſitum.nam non exiſtit parendũ arbitro in omni præcepto ſuo vel verbo : ſed ſolum in illis deber eius pareri ſententiis, quæ pertinent ad definitionem rei de qua eſt in eum compromiſſum:aliter autem committitur pœna.vnde ſi arbiter ſententiauit rem vel pecuniam eſſe ſoluendam , vel præceperat partes comparere,nec compareant: contra alteram partium cõmittitur pœna : imò poterit eum qui contumax eſt punire vel

pecuniariter , cum non vult rem ad ſuu m præceptum reſtituere. Sed nunquid ſi arbiter dicit alteri partium , vt dicat ei nomina teſtium ſuorum:& ipſe nolit:incidit in pœnam, quæritur. Et dicitur quòd non. [CVM ARBITER.] Actum fuit in compromiſſo , vt dies proferatur . ſi arbiter vult proferre , & pars non vult : incidit in pœnã. Viuianus.

A

rit euicta:vigore tranſactionis vel cõpromiſſi teñet. licèt aliàs regulariter contra, per tex. in.l. ſi dictum.§. ſi cõpromiſſero. de euictio.

ſed nõ curo de eius lect. Venio ad ſecũdã partẽ, quæ legitur duobus modis. vno modo de pœna cõtumacis,quæ infertur nõ reſtituẽti: hoc eſt de delatione iuramenti in litẽ. Alio modo intelligitur de pœna,hoc eſt mulcta.& ſecundũ primã lec.breuiter hoc intendit:Cõtra non reſtituentẽ poteſt arbiter deferre iuramẽtũ in litẽ:teſtes autem nõ producentẽ punire nõ poteſt.h.d.Secundò legitur hîc vt loquatur de mulcta. & ſecũdũ hanc lect. h.d. Arbiter poteſt mulctare cõtumacẽ ſi hoc fuit ſibi cõceſſũ, niſi aliquid iniuſtũ præciperet.B.

XXXIX. IAVOLENVS *libro vndecimo ex Caſſio.*

NOn ex omnib⁹ cauſis ex quibus arbitri paritum ſẽtẽtiæ nõ eſt, pœna ex cõpromiſſo committitur:[h] ſed ex his dũtaxat quæ ad ſolutionẽ pecuniæ[i] aut operã præbendã[k] pertinent.Idẽ,* cõtumaciam litigatoris arbiter punire poterit,[l] pecuniã cũ aduerſario dare iubẽdo.quo ĩ numero haberi non oportet ſi teſtiũ nomina ex ſentẽtia arbitri exhibita non ſint.

h *Committitur*.vt.ſ.eo. non diſtinguemus. §. quæſitum.

i *Pecuniæ*. faciendam, vel non faciendam. & largè accipe nomẽ pecuniæ:vt.j.de verb.ſigni.l.pecuniæ.

k *Præbendam*.i.ad ſtudium adhibendum vt arbitrium finiatur eũdo ad iudicium: vt ſupra eo. diem.§. ſi quis. &.§.coram.in fin.nam quæ in eundo conſiſtunt, operæ nomine ſignificantur : vt infra de ope.lib.l.hæ demũ. in fi. &.l. quod niſi. in fin.aliàs ſecundum R. dic quòd fuit compromiſſum inter libertum &patronum de operis quas libertus dãnatus non præſtat.

l *Punire poterit*. quomodo hoc, cùm tantùm magiſtratib⁹ hoc permittitur:vt infra de iudi.l.ij.§.his datur. & §.fi.quæ eſt cõtra? Sol. intellige hoc vt in arbitraria actione vel ſimili poſſit deferre iuſiurandum in litẽ : cum certum ſit rem reſtitui non poſſe.vel ſi poſſit, actor mauult quãti in litem iuret reum dannari, quàm ad rem : & ſic null⁹ iuſſus fuit de re reſtituenda,non autem mulctã* extraordi. indicet. vel dic actum eſſe in arbitrio vt ſæpius committatur pœna. aliàs ſemel cõmiſſa, quia rem non reſtituit,non committetur poſtea: quia iuranti in litem non ſatisfacit: vt ſupra eodem. ſi duo.§. finali. Vel dic ſecundum M. quòd actum fuit vt poſſit contumaciam[c] litigatoris punire. Porrò ſi vni partium deferat ſacramentum , quia altera non exhibet nomina teſtium : non poteſt ideo iurari in litem , quia non per hoc etiam eſt actio arbitraria: vt hîc ſubiicit: non tamen exprimit committatur pœna compromiſſi , an non. & videtur committi: quia per hoc impeditur arbiter pronuntiare. & ita pertinet ad operam præbendam : vt dictum eſt. Alij dicunt quòd non committitur: quia non tenetur in hoc obedire : vt aduerſarium inſtruat. Accurſius.

* Hoc idẽ refert ad Caſſium.

*alteri.

c] Gl.in.c.ex literis. ſuper verb. ſi ſubdelegatus.in med.inverſi. imò & arbiter habet coercitionẽ extra de offi. delega.tenet quòd arbiter habet coercitionẽ aliquam.

Legitur duobus modis, & hoc intendit : Si vtraq; pars eſt inobediens, pœna non cõmittitur. h.d. cũ.l.ſeq.ſecundum aliam lec.quæ colligitur ibi, vel lege planè. h.d. Ille qui eſt in mora prorogandi diem,incidit in pœnam. Bart.

D

Cum arbiter diem cõpromiſſi proferre iuſſit cũ hoc ei permiſſũ eſt, alterius[m] mora, alterius * ad pœnam committendam prodeſt.

Qui non venit eo tempore quo venire non expediebat , cõtumax non cenſetur. Bartolus.

XL. POMPONIVS *libro vndecimo ex variis lectionibus.*

m *Alterius*.id eſt,ſi ego fui in mora, & ideo incidi in pœnam: prodeſt mihi tua mora ad pœnam committendam. ſ. vt petere non poſſis à me:licèt actum ſit contrarium:vt infra de reg.iur.l. cum par.§.illi.vel lege planè.

*Rbiter.*] CASVS. De quadã controuerſia quę erat inter Seiũ & Titium,cõpromiſſum eſt in arbitrũ. ille præcepit vt tali die deberet coram eo comparere,pone modo kal.Maij.ante tamen kal. deceſſit ille arbiter. poſtea die ſtatuto cõparuit Titius Seio non veniẽte:nunquid pœna eſt cõmiſſa? Et dicit quòd nõ: imò plus dicit quidam ſapiẽs,quòd ſi arbiter iuſſiſſet,& non veniſſet arb. ad diẽ præfixũ:non inciderent in pœnam litigatores qui non

UNED

qui non venerunt. nam & ſi ſtipulatus ſim à te ſub pœna niſi. x. vel aliud dares tali die: tu autem dare vel ſoluere paratus ſis: & per me ſtat quo minus accipiam, non incidis in pœnam.

a *Ianuarijs.* ſed nónne ille dies feriatus eſt: vt. C. de feriis. l. omnes? Reſp. hîc partes conſenſerunt: vt dixi. ſ. e. ſi feriatis. Accur.

b *Deceſſit.* Sed nónne refert deceſſerit arbiter eo tẽpore quo reus vel actor venire nõ poterat. vel poterat? quod videtur: vt. ĩ. de verbo. obliga. cum ſtipulatus ſim.

c *Ariſto ait.* in hoc exemplo. & facit. ĩ. de verb. oblig. l. ſi quis arbitratu. Item facit. ſ. ſi quis in ius voc. l. ij. §. pe. &. ĩ. quando appel. ſit. l. j. §. dies. &. ĩ. de cõdi. & demon. mulcta. §. j. & C. quomodo & quando iudex. ſi vt ꝑponis. &. ĩ. de vſur. cũ quidam. §. ſi pupillo. & ſ. eo. l. Celſus.

d *Accipiat.* condénationem. Accurſius.

C *Vm lege.*] CASVS. Duo in vnum minorem. xx. ann. cõpromiſerunt: nunquid poteſt eſſe arbiter? Et dicit quòd non: nec pœna committitur ex ſententia ſi ei non ſtetur: cum lege Iul. cautum ſit minorem. xx. an. iudicem eſſe non poſſe. hoc in delegatis. Sed quid ſi maior. xx. minor tamẽ. xxv. recipiat arbitriũ vel cõſenſum in ſe, & eſt læſus? poteſt quidem reſtitui, vt eximatur à tali cõpromiſſo. Viuianus.

e *Cogatur.* tamen ſi tulerit ſentẽtiam æquiſſimum eſt eam tueri: niſi ſit minor. xviij. an. vt ĩ. de re iudi. quidam. & plenè dices. ĩ. de iudi. cum prætor. §. fina.

f *Ex ſententia.* de facto lata coactus, vel etiam non coactus minor xviij. ann.

g *Auditorium.* i. cognitionem cauſæ. ſic &. ſ. de mino. l. minor. xxv. annis. Accur.

† Iudiciorũ. l. 9. ſ. eod. l. 2. ĩ. de iudic.

* Si igitur velit, valebit ſententia. l. Quidam. ĩ. de re iud.

ARbiter kalendis Ianuariis [a] adeſſe iuſſit, & ante eũ diem deceſſit. [b] alter ex litigatoribus nõ adfuit. procul dubio pœna minimè commiſſa eſt. nam & Caſſium audiſſe ſe dicentem Ariſto ait, [c] in eo arbitro qui ipſe nõ veniſſet, nõ eſſe commiſſam: quemadmodum Seruius ait, ſi per ſtipulatorẽ ſtet quò minus accipiat, [d] non cõmitti pœnam.

Minor viginti annis non poteſt eſſe arbiter. Bartolus.

XLI. CALLISTRATVS *libro primo Edicti monaſterij.*

CVm lege † Iulia cautum ſit ne minor viginti annis iudicare cogatur, [e] nemini * licere minorem viginti annis compromiſſarium iudicem eligere: ideóque pœna ex ſententia [f] eius nullo modo committitur.

Minor reſtituitur ſi inconſultè paſſus eſt in ſe compromitti. Bart.

Maiori tamẽ viginti annis, ſi minor vigintiquinque annis ſit, ex hac cauſa ſuccurrendum, ſi temerè auditorium [g] receperit, multi dixerunt.

Sententia arbitri ſuper pœna non valet, etiam ſi fiſco ſit inferẽda: ſed ſuper alio ſententia remanet firma, & compromiſſi pœna committitur. Bartolus.

XLII. PAPINIANVS *libro ſecundo Reſponſorum.*

ARbiter intra certum diem ſeruos reſtitui iuſſit: quibus non reſtitutis, pœnæ cauſa fiſco ſecundum formam compromiſſi condemnauit. ob eam ſentẽtiam fiſco nihil adquiritur: [h] ſed nihilo minus ſtipulationis pœna cõmittitur, quòd ab arbitro ſtatuto nõ ſit obtemperatum.

A *Rbiter.*] CASVS. Controuerſia fuit inter Titium & Seium, & ita inter duos de cõmunibus ſeruis: compromiſerunt in arbitrũ: & pœna fuit adiecta ex vtraq; parte. dictum etiam fuit vt ille qui arbitro nõ pareret. x. nomine pœnæ fiſco daret. poſtea autem dixit arbiter, vt Titius ſeruos illos intra certum diem reſtitueret: quod ſi non faceret, pœnã fiſco præſtaret. dicit quia ſi arbitro paritum non ſit, nihil fiſco præſtabitur: ſed in pœnam incidit: & cõmittitur ſtipulatio pœnæ eo ꝙ arbitro non paret.

h *Acquiritur.* quia non erat in compromiſſo actum vt de pœna pro fiſco iudicaret: vnde iudicare non potuit: vt. ſ. eod. quid tamen. §. fi. ſecundum quoſdam. ſed malè. dic ergo, imò erat actũ. nam ſtipulatus erat vterque adinuicem pœnam. Item vt arbiter pronuntiet aliquid fiſco dari ab eo qui nõ pareret: vt patet per hæc verba, ſecũdum formam compromiſſi &c. Prima ergo pœna committitur: vt hîc: non autem quòd fiſco eſt dandum: cum alteri paciſci nemo poteſt: vt infra de verb. oblig. ſtipulatio iſta. §. alteri. Accurſius.

D *E rebus.*] CASVS. Titius & Seius compromiſerunt in arbitrum generaliter de omnibus controuerſiis quæ inter eos vertebãtur. non tamen res vel cõtrouerſias expreſſerunt, deinde autem errore lapſus omiſit Titius quaſdam res in arbitriũ deducere: vnde arbiter nihil de eis dixit in ſententia, poſtea vult eas petere. Dicit quòd poteſt: nec pœna cõmittitur. Cæterum ſi malitioſè eas omiſit, fortè quia credebat cauſam malã in quibuſdã ſpeciebus fouere, & exinde aduerſariũ, ſi omitteret, lucrũ reportare: bene poterit eas petere, ſed incidit in pœnam. Viuianus.

i *De rebus.* generaliter omnib⁹, & poſtea in libello etiã omiſit quaſdam. vel verius, ſi primò non fuit proſecutus, ſecundum magnã.

k *Omnibus.* nõ expreſſim nominatis, ſed ſub generalitate comprehenſis. Accurſius.

l *In petitionẽ.* i. proſecutionẽ petitionis, ſecundum ſecundam.

m *Non ſunt.* fortè putabat in illis nullũ ius ſibi cõpetere. & ſic nõ videtur cõpromiſiſſe: vt. ſ. e. ſi cum dies. §. j.

n *Pronuntiauit.* ſcilicet expreſſè vel ſpecialiter, ſed tacitè vel in genere: puta ſic dixit, hãc rẽ iubeo tibi reſtitui: in cæteris omnib⁹ aduerſarium tuum abſoluo. aliàs ſi nihil pronuntiaſſet de his, non poſſet pœna propter illa committi. Hîc itaque vnum ſolum fuit cõpromiſſum, nõ quaſi plura: vbi non debet ſimul de omnibus iudicari: vt arg. ſupra eo. quid tamẽ. Niſi omnes controuerſiæ de quibus fuit cõpromiſſũ, expreſſæ fuerũt in cõpromittendo: ſicque quaſi plura cõpromiſſa fuerunt, etiam vbi actum erat, vt de omnibus ſemel vna ſentẽtia daretur. ſic & in ſtipulatione: vt infra de verb. obliga. ſcire. Nec mirum ſi ibi in. l. quid tamẽ. aliud ſit, vbi quaſi plura compromiſſa fuerunt: ſcilicet vt non teneat ſentẽtia de vna controuerſia lata per ſe, licèt de omnibus non ſimul dixerit, cum hoc fuit actum vt teneat: aliàs non, vt quia vnicum fuit cõpromiſſum ſecundum quid, nõ ſimpliciter: ſicut aliàs, puta ſi de vna ſumma fuit compromiſſum: & condemnauit vel abſoluit in parte, non tenet: vt infra de do. excep. apud. §. item quæritur. Et ſic not. quòd non ſpecificaui: aut ſpecificaui: & tunc ſubdiſtinguitur: aut egi expreſsè, vt de omnibus iudicet: & non valet de vna lata ſententia, vt ibi: aut tacitè, vt hîc: quia plus expreſſa valet, quàm tacita.

o *Peti.* coram iudice.

p *Quòd ſi malignè.* [a] cum putaret ſe condemnandum ab arbitro de his ſpeciebus. Accurſius.

A

Hæc lex legitur duobus modis, & ſecũdum primam lect. breuiter hoc intẽdit: Si compromiſſum eſt generale, & libellus eſt ſpecialis: ſententia arbitri non porrigitur niſi ad res in libello comprehenſas, vel ad eas quæ malignè omiſſæ fuerũt. h. d. ſecundum primam lect. ſecundum alteram hoc intẽdit: Si cõpromiſſum eſt generale, petitio generalis, proſecutio ſpecialis, ſententia generalis, ſi non proſecuta petatur, pœna non cõmittitur: niſi malitiosè proſecutio fuerit omiſſa. Bartolus.

B

XLIII. SCÆVOLA *libro primo Reſponſorum.*

DE rebus [i] † controuerſiiſque omnibus [k] cõpromiſſum in arbitrũ à Lucio Titio & Mæuio Sempronio factum eſt: ſed errore quædam ſpecies in petitionem [l] à Lucio Titio deductæ non ſunt: [m] nec arbiter de his quicquam pronuntiauit. [n] quæſitũ eſt an ſpecies omiſſæ peti [o] poſſint. Reſpondit peti poſſe: nec pœnam ex cõpromiſſo cõmitti. quòd ſi malignè [p] hoc fecit: petere quidem poteſt, ſed pœnæ ſubiugabitur.

C

In his quæ habent cauſam ſucceſſiuam, non ſufficit ab initio factũ, niſi perſeuerantia ſubſequatur. Bartolus.

XLIIII. IDEM *libro ſecundo Digeſtorum.*

D

INter Caſtellianũ * & Seiũ controuerſia de finibus [q] orta eſt: & arbiter electꝰ eſt, vt arbitratu eius res terminetur. ipſe ſentẽtiã dixit præſentibus partibus: & terminos poſuit. Quæſitũ eſt, an ſi ex parte Caſtelliani arbitro paritũ nõ eſſet pœna ex cõpromiſſo cõmiſſa eſt. Reſpõdi, ſi arbitro paritũ nõ eſſet,

E

† Ad hanc. l. vide pro intellectu remiſſiones quæ hîc traduntur in non uis interpre. Bolog.

* Statilianũ.

a] Ang. in ſ ſed iſtæ. in ſtit. de act. in 7. col. ad prin. t. . . glo. ſi . . . reputat . . gu.

I *Nter.*] CASVS. Duo erant qui habebant inter ſe controuerſiã de finibus: & ſic inter ſe agebant finium regundorum: & ſic compromiſerunt in arbitrum: & ſic inter eos arbiter tulit ſentẽtiam & terminos tantùm poſuit: nec in ſententia aliud dari vel fieri iuſſit. nunquid committitur pœna ſi eius ſententiæ non pareatur: quia fortè aliquis eorum auellit terminos? Reſponde quòd ſic: ſed certè videtur alia ratio dubitationis quòd non: cũ de talibus non ſit conſuetum compromitti.

q *De finibus.* & ſic agitur iudicio finium regundorum.



UNED

a *Pœnam commiſſam.* licèt de talibus controuerſiis non ſit ſolitū iri ad arbitrum: ſed ad iudicem, ſecundum M. vel ſecundum R. quia non prohibuit Caſtellianus tolli vel poni terminos, putabat euitare pœnam, licèt poſtea remoueat. Vel verius ideo dubitabatur, quia aliquid dari vel fieri nō iuſſerat ab vno alij, quod facere debet: vt. ſ. eo. l. nō ex omnibus. ſed ipſemet arbiter terminos poſuerat: ſed certè ſibi hoc permittitur: vt. j. finium regun. l. ij. §. iudici. & l. ſi irruptione. §. fi. Accurſius.

A

INcompromiſſis.] CASVS. Si compromiſimus in arbitrum, nō poteſt iubere vt ad aliū iudicem eamus: nec recedere poſſum⁹ ex quo ſemel elegimus eū: vt hîc, & ſ. eo. l. nō diſtinguemus. §. quæſitum.

b *Non egreditur.* vt ſupra eo. diem. §. ſtari. ſecus ſi vt in bonum virum fuit compromiſſum: vt infra de iur. patro. ſi iurauero. & infra pro ſoc. ſi ſocietatem. j. & facit. j. de verb. oblig. l. ſi quis arbitratu. & j. de contrahē. emp. hæc venditio.

† id eſt, hoc expreſſo aliás ſecus. l. Diem. §. 1. ſ. eod.

DE his.] CASVS. Duo in Titiū de cōmunibus cōtrouerſiis compromiſerūt, & ſic arbitrio pēdēte aliqua controuerſia alicuius rei oritur, quæ non erat inter eos ab initio mota: nunquid de iſta arbitrabitur: & de accidentali controuerſia poterit agnoſcere? non, cum ſit de his quæ poſtea ſuperuenerunt.

c *Arbiter poteſt.* generali cōpromiſſo facto: arg. contra. C. quæ res pig. ob. poſſ. l. fina.

d *Superuenerunt.* ſic & in iudice: vt plenè dices. j. titu. ij. non poteſt. Item facit infra de auro & argen. leg. l. ſi ita.

SI compromiſſum.] CASVS. Compromiſſum eſt de controuerſia in arbitrum. actum fuit in compromiſſo. vt præſentibus nobis, vel heredibus noſtris, pronunciaretur. deceſſit vnus relicto herede pupillo: nunquid coram eo pronuntiabitur? Reſpon. quòd nō: niſi tutor interuenerit. Item ſi inceperis furere, nō pronuntiabit arbiter: ſed cum furere cœperis, dandus erit curator, coram quo poterit arbiter pronuntiare.] SI AB ALTERA.] Titius & Seius conſenſerunt in arbitrum de aliqua controuerſia, tali modo, vt ſententia diceretur præſente vtroque: vel præſente Sempronio, & herede Titij, ſi Titius decederet durante compromiſſo: & ſic nulla fuit mentio facta heredis Sempronij: & ſic durante compromiſſo deceſſit Sempronius. nunquid finitur compromiſſum? Et certè ſic: Viuianus.

e *Fuerit.* vt. ſ. eo. diem. §. penul. Accurſius.

f *Ed & interpellatur.* * id eſt denuntiatur ei quo minus dicat ſententiam, ſcilicet nunc: ſed poſtquam habuerit curatorē.

* interpellari hic accipe pro impediri.

g *Habet.* ſtatim cum cœpit furere, vel etiam poſtea. Accurſius.

h *Vel habuerit.* quia ſufficit hoc, licèt habeat quandoque dilucida interualla: vt. C. de cura. furio. l. cum aliis.

in eo quod vtroque præſente arbitratus eſſet, pœnam commiſſam. [a]

XLV. VLPIANVS *libro vicenſimooctauo ad Sabinum.*

IN compromiſſis arbitriū perſonæ inſertum, perſonam non egreditur. [b]

Compromiſſum factum ſimpliciter, non porrigitur ad lites futuras. Bartolus.

B

XLVI. PAVLVS *libro duodecimo ad Sabinum.*

DE his rebus & rationibus & cōtrouerſiis iudicare arbiter poteſt, [c] quæ ab initio fuiſſent inter eos qui compromiſerunt: non quæ poſtea ſuperuenerunt. [d]

Si compromiſſum trāſeat in pupillum vel furioſum, præſentia tutoris vel curatoris requiritur. Bar.

XLVII. IVLIANVS *libro quarto Digeſtorum.*

SI compromiſſum † ita factum eſt, vt præſente vtroque aut heredibus eorum arbiter ſententiā dicat, & alter ex litigatoribus deceſſerit pupillo herede relicto: non aliter videtur ſententia dicta eſſe, niſi tutoris auctoritas interpoſita fuerit. [e] Item ſi alter ex compromittentibus furere cœperit,

C

XLVIII. MODESTINVS *libro quarto Regularum.*

ARbiter ad ferendam ſententiam non compelletur:

XLIX. IVLIANVS *libro quarto Digeſtorum.*

D

SEd & interpellatur [f] quo minus ſententiam dicat: quia nihil coram furioſo fieri intelligitur. Quòd ſi furioſus curatorem habet, [g] vel habuerit, [h] adhuc litigio pendente poteſt præſente curatore ſententia dici.

Interlocutoria de citādo, poteſt proferri parte abſente. Bart.

Arbiter adeſſe litigatores vel per nuntium vel epiſtulam [i] iubere poteſt.

Si compromiſſum ab vna parte non eſt tranſitorium ad heredes, non tranſibit ad alia. Bart.

Si ab altera [k] duntaxat parte heredis mentio compreheſa fuerit, compromiſſum ſoluetur morte † cuiuſque ex litigatoribus: [l] ſicut ſolueretur altero mortuo ſi neutrius heredis perſona cōprehenderetur.

Si arbiter iubet vltra quàm poſſit, impunè ſibi non paretur.

L. ALPHENVS *libro ſeptimo Digeſtorum.*

ARbiter ex cōpromiſſo ſumptus, cum ante eum diem qui conſtitutus compromiſſo erat, ſententiam dicere non poſſet, [m] diem compromiſſi proferri iuſſerat. alter ex litigatoribus dicto audiens [n] non fuerat. conſulebatur, poſſet ne ab eo pecunia [o] ex compromiſſo peti. reſpōdi non poſſe, ideo quòd non eſſet arbitro [p] * compromiſſum vt id haberet.

In re ſua nemo poteſt eſſe arbiter. Bartolus.

LI. MARCIANVS *libro ſecundo Regularum.*

SI de re ſua quis arbiter factus ſit, ſententiam dicere non poteſt: quia ſe facere iubeat, [q] aut petere prohibeat: neque autem imperare ſibi, [r] neque ſe prohibere quiſquam poteſt.

Qui non ſoluit in termino, incidit in pœnam, licèt admittatur moræ purgatio. Bartolus.

LII. IDEM *libro quarto Regularum.*

i *Epiſtulam.* Not. interlocutoriam abſente vna parte poſſe ferri: quod tamen in omnibus non concedimus: vt. C. de dila. à procedente. Itē no. arg. quòd iudex delegatus poteſt citare multo magis per nuntium vel epiſtolā: licèt quidam dicant quòd per ſe tātùm. Argu. pro eis. ſ. ne quis eū qui in ius voc. l. iij. §. ſi quis. & C. de iudi. ſancimus.

Interlocutoria abſente vna parte ferri poteſt.

k *Si ab altera.* vel dic quòd egerunt tantùm de parte vna. vel dic ꝙ vna pars tantùm expreſſit: altera nil ſciuit, vel nil dixit.

l *Cuiuſque ex litigatoribus.* vel arbitri: vt ſupra eo. item ſi vnus. §. item ſi plures. & l. in compromiſſis. & l. arbiter kalendis. Sed in iudiciis contra: vt infra de iud. l. mortuo. & l. proponebatur. & C. de peda. iudi. l. penul. Acc.

† Bald. hîc dicit iſtum tex. ſing. ad hoc, quòd ſi factū eſt cōpromiſſum vt in euentū mortis alterius non expiret, puta actoris, ſed tranſeat ad heredē eius: tamen ſoluitur eo mortuo ac ſi nihil dictum fuiſſet: quia non debet claudicare, dicit Bald. adde idem econtra, vt morte vnius arbitri finiatur. ad iſtud hîc multa iura allego. Bo log.

ARbiter.] CASVS. Duo inſimul cōpromiſerūt in arbitrū pœna hincinde ꝓmiſſa: & ſic diē ſtatuerunt intra quam poſſet arbiter cognoſcere & ſententiare: ſed nō ſtatuerunt vt poſſet diē proferre. die veniente nōdum ei de cauſa liquebat: & iuſſit proferre vnus litigatorum diē. nunquid committitur pœna? Non certè, cum non ſit actum vt poſſit iubere proferre diem. Viuianus.

m *Non poſſet.* quia nōdū liquebat ſibi de cauſa: vt. ſ. eo. idem Pomponius. §. fina.

* in cōpromiſſo permiſſum vt id iuberet.

n *Audiens.* id eſt obediens.

o *Pecunia.* id eſt pœna. Accurſius.

p *Non eſſe arbitro.* alioquin ſecus: vt. ſ. eo. nō diſtinguemus. §. dies. & §. fin.

SI de re.] CASVS. Petebam decem à Titio, vel ipſe à me. x. petebat. cōpromiſimus ī Mæuium & Titiū. non valet compromiſſum, cum ſibi ipſi nō poſſit imperare. Viuianus.

q *Iubeat.* ſi vult officio arbitri vti.

E

r *Imperare ſibi.* ideo quia verbum in imperatiuo modo, non habet primam perſonam. Et ſic not. neminem ſibi eſſe arbitrū, nec iudicem: vt. j. de iudi. l. Iulianus. & ſ. de iur. om. iud. qui iuriſdictioni. Sed arg. contra. ſ. ſi quis cau. l. ij. §. ſi non. verſi. ſi quis. ibi, ipſe ſe arctauit & c. ſed ibi re ipſa & facto ſe arctabat, nō verbo. Item argu. contra. C. de fideicom. l. fina. & de ſumma trini. & fide catho. l. fin. §. huic. ſed impropriè ibi dicitur iudex. Item contra. C. manda. l. in re. Solu. hîc dicitur cōpromiſſarius, ibi diſpenſator, ſiue moderator: alibi pro bono viro: vt. j. pro ſoc. l. ſi ſocietatem. Item quandoque iudex delegatus: vt ſupra qui ſatiſda. cog. l. arbitro. Item pro quaſi delegato: vt. C. de iudi. apertiſſimi. quandoque pro ordinario: vt habetur. C. de poſtu. quiſquis. Item quid ſi compromiſero in aliquem quem offendi, vt iudicet in me ſecundum quod vult? Reſpon. valet, ſed reducitur ad arbitrium boni viri, ſi excedat modum: vt infra de ope. liber. ſi libertus.

SI quis.] CASVS. Cum à te decem peterem, compromiſimus in arbitros. te cōdemnato feciſti moram in ſoluendo. ſi ante litem

litem conteſt.ſuper pœna offeras,purgas moram,& liberaris.

a *Arbitro*.ſine die.

b *Liberatur*. ante iudicium acceptum de pœna : vel antequam creditoris interſit:vt.ſ.eo.ſi cum dies.§.fi.

## NAVTÆ, CAVPONES, STABVLARII, &c.

*Meritò hic tit. iungitur ſuperiori: quoniam & hic ſicut & arbiter ex recepto obligatur.vel forte in albo prætoris hoc ordine erant poſiti. Item nota differentiam inter hunc tit.& infra de exerci. quia ex hoc edicto datur actio cum res receptæ ſunt : ex illo datur etiam ſi non ſunt receptæ. Item differt ab illo infra fur. ad. nau. cau. quia in iſto tit. tractatur principaliter de actione ex contractu,vel quaſi:ſed ibi principaliter de ea quæ eſt ex quaſi maleficio : at hîc ſecundariò de illa. Item hic titu. loquitur quando quis arguit factum certæ perſonæ:vt infra eo.licèt.§.fin. ibi non certæ perſonæ.Item hîc recipit ſaluum fore:ibi non. Item hîc pœna dupli, totum eſt pœna : ibi alterũ ſimplum rei perſecutio.*

*Vt titulo de receptis qui arbitrium receperunt hic ſubderetur,quamuis alieno & quaſi deſerto loco, homonymia fecit.nã vtroque agitur de actione de recepto.Sed illa eſt ex ſtipulatione,iſta ex eo quod etiam ſine ſtipulatione nautæ, caupones,ſtabularij ſaluũ fore receperunt.quod negotij genus à depoſito ſeparatur,propterea quod ex recepto cuſtodiæ in plus tenentur illi,quàm depoſitarij.Potuiſſet eadem ratione ſubiici vetus actio recepticia,in cuius locum ceßit hodie actio conſtitutæ pecuniæ.Hæ actiones ſunt ex contractu.Sed agitur etiam in.l.vlt.de alia actione quaſi ex maleficio, qua hidem tenentur de damno quod in naui aut in caupona aut ſtabulo factum eſt ab his quos ibi habuerũt,non etiam à vectoribus vel viatoribus. Sed & ſeruorum ſuorum nomine noxæ dedendo liberantur, quod non ita contingit in illa quæ naſcitur ex recepto. Sed & in illa factum vectorum aut viatorum venit.Cuiacius.*

* ab arbitro.

Duplex hîc proponitur actio.1.in factum ex cõtractu.2. in factũ ex delicto.

† Fortè legendum, ne quicquã. ar. l.vlt.j.hoc ti.

*In hãc ſententiam pulchrè Cic. in Verrẽ Act. 4.

SI qui iuſſus eſt* arbitro [a] ex compromiſſo ſoluere pecuniam, moram fecerit:pœnam ex cõpromiſſo debet: ſed poſtea ſoluendo pœna liberatur. [b]

## NAVTÆ, CAVPONES, ſtabularij,vt recepta reſtituant.

### TITVLVS IX.

Primò ponit verba edicti.ſecundò ibi,maxima. commendat edictum.Bart.

I. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.*

AIt prætor.*Nautæ,caupones,ſtabularij,* [c]*quod cuiuſque ſaluum fore receperint, niſi reſtituent, in eos iudicium* [d]*dabo*. Maxima vtilitas eſt huius edicti : quia neceſſe eſt plerunq; eorũ fidẽ ſequi,& res cuſtodiæ eorũ committere.Ne quiſquã putet grauiter hoc aduerſus C eos conſtitutũ. Nã † eſt in ipſorũ arbitrio [e]ne quẽ recipiãt. *Et niſi hoc eſſet ſtatutum, materia daretur [f]cũ furibus aduerſus eos quos recipiũt coeũdi:cũ ne nũc [g]quidẽ abſtineant huiuſmodi fraudibus.

Hîc incipit exponere verba edicti.Bartolus.

Qui ſunt igitur qui teneantur, videndum eſt. Ait prætor, *nautæ*. Nautam accipere debemus eum qui nauim [h] exercet [i]: quamuis nautæ appellantur omnes qui nauis nauigandæ cauſa in naue ſint. ſed de exercitore [k] ſolummodo prætor ſentit. [l] Nec enim debet (inquit Põponius)per remigem [m] aut meſonautẽ [n] obligari:ſed per ſe,vel per nauis magiſtrum [o]:quã-B quam ſi ipſe [p]alicui è nautis committi iuſſit [q], ſine dubio debeat obligari. Et ſunt quidam in nauibus qui cuſtodię gratia nauibus præponuntur,vt ναυφύλακες, †& diætarij. [r] *Si quis igitur ex his receperit [ſ], puto in exercitorem dandam actionem:quia is qui eos huiuſmodi officio pręponit,committi eis permittit: [t]quamquam ipſe nauicularius [u]vel magiſter id faciat [x] qđ †χειρέμβολον *appellant.Sed etſi hoc non extet [y], tamen de recepto nauicularius tenebitur [z]. De exercitoribus ratium, item lyntrariis [a]nihil cauetur, ſed idem conſtitui oportere Labeo ſcribit.& hoc iure vtimur.

Caupones autem & ſtabularios æquè eos accipiem⁹ qui cauponã vel ſtabulum exercẽt,inſtitorésve eorũ [b].Cæterùm ſi qui opera mediaſtini [c]fungitur,nõ continetur: vt puta atriarij [d], & focarij,& his

AIt.] CASVS. Niſi nau.cau.ſtabularius,reſtituant res quas receperunt : in eos dabitur act.in factum ex hoc edicto. [MAXIMA.] Dicit Vlpia.quòd maxima eſt vtilitas huius edicti,quia nautę,cau.ſtabularij ſurripiebant olim omnia,& aſſociabant ſe furibus, & etiam poſt hoc edictũ huiuſmodi flagitiis non abſtinebant:vnde ſtatuit hoc edictũ vt tollãtur fures, & eorũ malitiis obuietur,& vt etiã puniantur:cum ſit in ipſorũ arbitrio vt eos nõ recipiãt.[QVI.]Intẽdit Vlpianus verba edicti exponere:& intendit dicere qui ſunt illi qui iſto edicto tenẽtur: adiiciens quis ſit nauta. nauta enim & pro exercitore ponitur, quãuis aliter dicatur nauta largo modo.Item tenetur exercitor E de receptis à ſe: & de receptis etiã ab alio quem ipſe præpoſuit. Sed ſi alius recipiat,exercitor nõ obligatur : nec tenetur exercitor:ſed tantum recipiens.Vnde dico generaliter,quòd ſi aliquid recipiat de his qui ab exercitore præpoſiti ſunt,quòd obligatur exercitor nauis:aliàs non.Nam ſi aliquis extra ſuum officiũ recipiat,ipſe officialis recipiẽs tenetur:non autẽ dominus nauis vel magiſter.& hæc locum habent in magnis nauibus: idem in paruis dicas.[CAVPONES.] Si caupo.vel ſta.vel eorum inſtitores aliquid receperunt:obligãtur,& tenentur ex hoc edicto iſti qui talia exercẽt ſta.vel cau.ſi autẽ extraneus aliquis recipiat,nõ tenetur dñs:vtputa focarius & ſimiles.[AIT]Hîc exponit Vlpia.ꝙ cuiuſq; quãcũq; rẽ vel mercẽ receperũt, tenetur qui recepit tales res,& mãticã in qua merces portãtur,reſtituere, cũ ſit acceſſoria.Itẽ nõ eſt vis,ſuã vel alienã rẽ quis inferat:quia ſemper qui recipit tales res,tenetur illi qui dat:licèt alterius ſit res.& de hoc

A ponit exemplũ quod planũ eſt.[RECEPIT]Hîc dicit ꝙ ſtatim quòd res ſunt in domo,vel caupona,vel naui receptæ, tenẽtur.

c *Stabularij*.hoſpitatores hominum equitantium.

d *Iudiciũ*.i.actionẽ in factũ:vt.j.eo.& ita.§. ait prætor. &. §. ex hoc.Itẽ no. ex hac litera,quòd hæc actio videtur arbitraria, ſicut actio quod metus cauſa:vt.ſ.quod met.cauſa.l.ſi cum.§. hæc autẽ. ſed nõ eſt ita: quia hîc nõ ferũtur duæ ſentẽtiæ.Itẽ hæc non cõnumeratur inter alias arbitrarias:vt inſti. de actio.§.præterea.

e *Arbitrio*.ſ. à principio, non ex poſtfacto: vt.j.e.l.debet.ſic &.C. de actio.& obliga.l.ſicut.&.j. commo. l. in commodato.§.ſicut.

f *Daretur*. ſ. cauponibus.Et ſic not.hîc tolli occaſionem delinquẽdi : vt.C.de La.li.tol.l.fi.§.pe.&.ſ.ĩ proœmio: §.illud verò ſatis &c.

g *Ne nũc*.ſ.ſtatuta pœna huius edicti.Accur.

h *Qui nauim*.& ſic ſtrictè. Accurſius.

i *Exercet*.& ſic pro exercitore. Quis autem hic ſit, habes infra de exer.l.j.§.exercitorem.

k *Exercitore*. recipiẽte ſaluum fore.

l *Sentit*.cũ dicit nautę.

m *Per remigem*. i. qui melius ſit nauigare.

n *Meſonautã*.i.mediocrẽ. à meſon,quod eſt mediũ. Alij dicunt, id eſt meliorem nautã, qui omnibus aliis in naui præeſt.ſed contra hoc edictũ Põp. eſt.j.eo.§.fi.Sol.quidã dicunt quòd hoc corrigitur. Alij quòd hîc loquitur cum extra nauim damnũ datũ eſt:arg.j.eo.debet. Tu dic D quòd hîc loquitur vbi nauta cui non erat commiſſum, cõtraxit & recepit:& non exercitor,vel eius magiſter. vnde nullo modo tenetur de facto nautarum exercitor. at vbi exercitor contraxit tenetur de facto nautarum:vt ibi,& dicta.l.debet.

Delinquẽdi tolli debet occaſio.

† id eſt nauium cuſtodes.

* id eſt qui adminiſtrãt annonã nauis.

† immiſſionẽ manus.

* Vide in hunc locum Alciatũ lib. Parer.1.cap. 44. putat enim chirẽbolũ hîc dici ſignum quod magiſter in prora reſidens manu dat,nautis imperans vt aliquid faciant, ſeu aliquem recipiant vel nõ recipiant.

o *Vel per nauis magiſtrum*.quem ipſemet præpoſuit.Accur.

p *Si ipſe*.ſcilicet exercitor.

q *Iußit*.expreſsè.

r *Diætarij*.miniſtri qui dietam,hoc eſt victũ ac cibos ſeruabant: à Gręco verbo,διαιτάομαι.quod eſt viuo & cõuerſor quotidie.

ſ *Ex his receperit*.ſcilicet aliquid ſaluum fore de ſibi permiſſis.

t *Permittit*. ſcilicet hoc exprimendo,ſecundum H. Vel dic plerunque:quia ſic ſæpe ſolet fieri vt expreſsè concedatur. Idẽ tamen eſt ſi non exprimatur: vt ſubiicit, ſed ſi non exercet &c. ſecundum Azo.Vel dic,permittit hoc ipſo quòd imponit:vt.j. de inſtit.l.ſed & ſi pupillus.§.j.in fi.Accurſius.

u *Nauicularius*.id eſt aliquis nauta exercitoris iuſſu.

E x *Id faciat*. i. recipiat,de qua receptione.ſ.locutus eſt. Vel dic, faciat.i.imponat alium cuſtodem qui poſitus eſt ad cuſtodiendum.Item quod poſtea ſequitur:Sed & ſi hoc non exercet:id eſt hoc non recipiat iuſſu exercitoris vel magiſtri. & ita non eſt ad hanc receptionem præpoſitus : tamen nihilominus qui recepit, tenetur ex ſua perſona,qui nauicularius dicitur : & quia cuſtodiæ nauis præpoſitus eſt.

y *Sed & ſi hoc non extet*.alibi exercet.& tũc expone vt modò dixi.& alibi eſt,extet. id eſt nemo eſt huic officio præpoſitus, vel magiſter eos non præpoſuit.Io.

z *Tenebitur*.ex ſua perſona:vel.i.exercitor,ſecundum Azo.

a *Lyntrariis*.id eſt qui paruas naues habent & exercent,vt butos & buſos,vel ſcaphas:quæ lucrariæ,aliàs lyntrariæ dicuntur.

b *Inſtitorésve eorũ*.vt ſi receperint iſti,teneãtur qui prępoſuerũt.

c *Mediaſtini*.qui faciunt vilia officia,vt ſubiicit.

d *Atriarij*. qui cuſtodiunt atria : vel qui purgant : vel qui vo-

cant & trahunt homines vt hoſpitentur. Accurſius.

a *Accederent.* quia & hæc differunt: vt. j. eo. ſed & ipſi. §. fi. & j. commo. l. ſi vt certo. §. vſque adeo.

b *Vſum.* vt panem & vinum.

c *Item Pomponius.* aliàs eſt lex, item Pomponius. & intitulatur Papi. aliàs incipit parui.

ſimiles. Ait prætor: *Quod cuius ſaluum fore receperint.* Hoc eſt, quamcunque rem ſiue mercem receperint. Inde apud Viuianum * relatum eſt, ad eas quoque res hoc edictum pertinere, quæ mercibus accederent: [a] veluti veſtimenta quibus in nauibus vterentur, & cætera quæ ad cottidianum vſum [b] habemus. Itē Pomponius [c] libro trigenſimoquarto † ſcribit, parui * referre, res noſtras, an alienas intulimus, † ſi tamen noſtra interſit ſaluas eſſe. Etenim nobis magis, [d] quàm quorum ſunt, debent ſolui. Et ideo [e] ſi pignori merces accepero ob pecuniam nauticam: mihi magis quàm debitori nauta tenebitur, ſi antè [f] eas ſuſcepit. Recipit autem ſaluum fore, vtrum ſi in nauim res miſſæ, ei adſignatæ [g] ſunt, an & ſi non ſint adſignatæ, hoc tamen ipſo quòd in nauem miſſæ ſunt, receptæ videntur? Et puto omnium eum recipere cuſtodiã quę in nauem illatæ ſunt: [h] & factum non ſolùm nautarum [i] præſtare debere, ſed & vectorum: [k]

II. GAIVS *libro quinto ad Edictum Prouinciale.*

SIcut & caupo viatorum. [l]

d *Nobis magis.* imò magis domino: vt infra depo. l. bona fides. quę eſt contra. & l. quod ſeruus. Sol. ibi non habebat ius in re: hîc ſic. Vel ibi erat prædo, hîc non. Vel hîc ſpeciale. Vel hoc in hac actione: illud in rei vindi.

e *Et ideo.* de toto ad partem.

f *Si ante.* aliàs eſt ante: & tunc dic, ante ſuſcepit, ſcilicet debitor, quàm is qui intulit. & ſecũdum hanc literam lege ſi pro quamuis. nam idem eſt etſi non ante ſuſcepit, ſed poſtea. aliàs eſt ſi à me.

g *Aßignatæ ſunt.* cuſtodiendæ. Acc.

h *Illatæ ſunt.* ſed an ita demum ſi ſciuerit, an ſi ignorauerit? Reſpond. fortè etiam ſi ignorauit: vt. j. furti aduer. nau. cau. ſta. l. j. §. in duplum. & infra depo. l. j. §. ſi ciſta. in fine. Sed melius eſt contrarium: vt. C. de ſer. fugi. quicunque. §. quòd ſi ſeruus. & C. de his qui latro. vel. al. cri. re occul. l. j. & l. ij. & j. de vſuc. l. ſequitur. §. tunc. & j. de actionib. & obliga. l. iiij. §. j.

* Iulianum.

† 25.

* hunc plerique verſi. pro lege citant & ipſe etiam Accurſius.

† Intulerimus.

i *Nautarum.* id eſt magiſtrorum.

k *Sed & vectorum.* id eſt qui in naui vehuntur, à vectus, cta, ctum, vel dic, à vectore, vt ponatur pro cæteris nautis. Et ſecundum hoc dic nautarum, id eſt magiſtrorum. ſed contra. s. eo. l. j. §. qui ſunt. verſi. nautam, ibi, nec enim debet &c. Solu. vt ibi.

l *SIcut. Viatorum.* imò contra. vt. j. fur. aduer. nau. cau. ſta. §. pen. Solu. ibi nominatim dixit ſe non recipere in ſe periculũ eorũ. Vel aliter, ibi de illa actione dixit quæ deſcēdit ex quaſi maleficio: hîc autē de ea quæ de ſuſcepto competit. Et eodē modo ſoluitur quod eſt. j. eo. licèt. §. in factum. vel ſolue vt ibi. Acc.

*ET ita.*] CASVS. Nauta recepit à Titio merces nõ in naui, ſed in littore: & ibidem perierunt. quæritur ſi periculum ſpectat ad nautam? Et reſpondetur quòd ſic. [AIT ENIM.] Eueniebat aliquando, quòd ſtabu. & cau. vel nau. non reſtituebant res quas accipiebant: vnde factum eſt edictum: & datur in eos act. in fact. niſi reſtituant: ſed ad quid intromiſit ſe prætor? imò videtur quòd ſuperfluè detur act. iſta in fact. cum aliàs ſit cautum: quia poterit locati vel con. vel ſimilibus act. agi: vnde miratur Pompon. quare detur act. in factum. ſed aſſignat rationes duas quare iſta act. in factum detur. Vna eſt ratio quare detur actio in factum, quia prætor ſollicitum ſe oſtendit vt maleficia hominum non relinquantur impunita. Secunda ratio eſt, quia in hac act. in fact. plus venit quàm in illis. Tertia ratio, quia per iſtam tenetur omnibus modis rem reſtituere: & in iſta venit leuiſſima culpa: ſed per illas quandoque tenetur de dolo, & quandoque de culpa. ſed in iſta act. in fact. non venit caſus fortuitus. vnde ſi exercitor vel cau. ſta. rem fortuito caſu amiſerint, nõ tenentur, ſed habent exceptionem. [SI FILIVSFA.] Caſus huius. §. duobus modis ponitur. Primo ſic: habebam filium vel ſeruum qui filius vel ſeruus habebãt nauem, & eam per ſe vel per aliam perſonam exercebant me patiente vel volēte. teneor quidem in ſolidum de rebus receptis à filio vel ſeruo, vel ab eorum præpoſitis. Secundo ponitur quando ego dominus nauis exercebam, & ille filius vel ſeruus meus aliquid me volente recepit: teneor quidem in ſolidũ pro illis rebus à filio vel ſeruo meo receptis. [ITEM SI SERVVS.] Caſus in hoc. §. dupliciter notatur. Primo ſic: Habebam Stichum ſeruum ordinarium, & Pamphilum vicarium ſub eo: & ordinarius Stichus exercebat nauē:

III. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.*

ET ita de facto vectorum etiam Pomponius libro trigenſimoquarto * ſcribit. Idem † ait, [m] etiam ſi nondum ſint res in nauem receptæ, ſed in litore perierint, quas ſemel recepit, [n] periculum ad eum pertinere. Ait prætor: *Niſi reſtituent, in eos iudicium* [o] *dabo.* Ex hoc edicto [p] in factum actio proficiſcitur. Sed an ſit neceſſaria, videndum: quia agi ciuili actione ex hac cauſa poterit. ſi quidem merces interuenerit, & locato vel conducto. Sed ſi tota [q] nauis locata ſit: qui conduxit, ex conducto etiam [r] de rebus quæ deſunt, agere poteſt. Si verò res perferendas nauta conduxit: & locato conuenietur. ſed ſi gratis res ſuſceptæ ſint, ait Pomponius depoſiti agi potuiſſe. [ſ] Miratur igitur cur honoraria actio ſit inducta, cum ſint ciuiles: niſi fortè (inquit) ideo, vt innoteſceret [u] prætor curam agere [x] reprimendæ improbitatis hoc genus [y] hominum: & quia in locato [z] conducto culpa, in depoſito dolus duntaxat [a] præſtatur. At hoc edicto omnimodo qui recepit tenetur, etiam ſi ſine culpa [b] eius

ille autem ſeruus Pamphilus damnum dedit in rebus in nauem illatis qualiter teneatur, quæritur. Et diſting. quia aut ordinarius voluntate mea nauē exercet: & tunc teneor in ſolidũ, & non liberor eum vicariũ dãdo pro noxa. aut ſine voluntate mea, & liberabor. & ſic de peculio noxaliter teneor. Secũdo ponitur ſic: quia ſeruus meus exercebat, & ipſemet damnum dedit. diſtingue vt in ſuperiori caſu. nam ſi volũtãte mea exercet, teneor in ſolidum. aliter ſi non voluntate mea, teneor de peculio. [HÆC ENIM ACTIO.] Actio quæ datur in exercitorem, datur perpetuò, & in heredes: & cõtinet rei perſecutionem. [NOVISSIME.] Res meas tibi dedi vt eas portares: quæ tibi poſtea ſubtractæ ſunt. habeo ego duplex auxiliũ. Primò habeo ius commune contra ſurripientem. i. act. furti. Item habeo ac. in fact. ex hoc edicto contra te nautam. i. nauē exercentem: & ſi ago vna, non agam alia: quia vna per aliam tollitur, & repellitur exce. vel offic. iudi. Viuianus.

* 35.

† hic verſi. pro lege vulgo citatur.

m *Idem ait.* ſ. eſſe reſpõdēdum. & debet hîc eſſe principiũ legis.

n *Recepit.* ſufficit enĩ ſic recepiſſe: vt hîc, & j. de peri. & cõ. rei vē. l. quòd ſi neq;. §. fi. Sed cõtra. j. eo. l. debet. j. reſpon. Solu. vt ibi.

o *Iudicium.* id eſt actionem. Et not. quòd duæ actiones dãtur ex hoc edicto: & ambæ dicuntur in factum. vna eſt in ſimplum ex contractu de recepto: & habet locum quicunque dederit damnum. alia eſt in duplũ, & datur ex delicto non propriè, ſed quaſi, quãdo familia exercitoris quam habet in naui, dat damnum. ſecus ſi extraneus. Fingitur enim delictum familiæ exercitoris eſſe: quia familia mala vtitur. Accurſius.

p *Ex hoc edicto.* & ex quolibet alio, niſi nomen actionis ſit expreſſum: vt hîc, & inſti. de interdic. §. fi.

q *Sed ſi tota.* quod dixerat coniunctim, nunc diuidit. & quod dicit tota, idē eſt ſi pars: vt infra ad. l. Rho. de iac. l. ij. §. quid enim. verſi. planè.

r *Etiam.* nam de his quæ apparent, agit vt ſibi reſtituantur.

ſ *Agi potuiſſe.* vel commodati. Accurſius.

t *Niſi fortè.* ſcilicet dicatur prætorē ideo feciſſe. & eſt hæc prima ratio. ſimilis eſt ratio. j. de iniur. l. item apud. §. hoc edictum. & inſti. de bo. poſſ. in prin. §. aliquando.

u *Innoteſceret.* id eſt daret intelligere.

x *Agere.* ſcilicet ſenatum. Accurſius.

y *Hoc genus.* id eſt huius generis hominum. ſic. j. de fun. inſtru. l. quæſitum. §. idem Celſus.

z *In locato.* ſecunda ratio.

a *Duntaxat.* & lata culpa: vt. j. depo. l. j. §. ſi quis ſeruum. in fi. & l. quod Nerua.

b *Etiam ſi ſine culpa.* ſ. leui. leuiſſima tamen interuenit. nam ſi nec leuiſſima interuenit, ergo fuit caſus fortuitus, & ſic non tenetur: vt hîc ſubiicit, & j. de admi. re. ad ci. perti. l. ij. §. ſi eo. & C. de pigno. ac. l. quæ fortuitis. Quidã tamen dicunt quòd licet nõ adhibeat leuiſſimam culpam quis, puta quia fuit furto ſubtracta, vbi

non

Furtum nõ eſt caſus fortuitus, ſed latrociniũ.

non eſt fortuitus caſus(nam furtum non computatur inter fortuitos caſus, ſed latrociniũ: vt inſti.qui.mo.re.cõtra.ob.§.is quoque)quòd tunc tenetur: vt.j̃.eo.§.item ſi ſeruus exercitoris. Sed reſpon.verum eſt quãdo leuiſſima ſaltem culpa interuenit. nam inter leuiſſimam culpam, & caſum fortuitum, nihil eſt medium.

A de prætoris beneficio cõpetit.vnde ſi altera quæ de iure cõmuni cõpetit, intẽtatur, vt furti: beneficium prætoris neglectum æſtimatur: vt.j̃.de ſepara.l.j.§.illud ſciendũ.&.j̃.e.l.licèt.§.vlt. Item ſi beneficium ꝓponatur, cõmunis videtur eſſe via præcluſa: vtpote cũ ad aliud eius auxiliũ trãsferre neceſſe habet: vt.j̃.e.l.licèt.§.& ſi cũ. Sciẽdum eſt ergo, ꝙ vbi plures cõpetũt actiones pœnales ex diuerſis factis neutra alterã impedit: vt.j̃.e.l.licèt. & de priua.delic.l.nunquã. niſi tales ſint quæ ſeſe non patiuntur: vt.C.de fur.l.j.ſi ex diuerſis nõ dẽtur, ſed ex vno quatenus cõcurrũt. nõ enim in plus inuicẽ ſe impediũt: vt.j̃.vi bo. rap.l.j.&.j̃.de act.& obli.qui ſeruũ.Si verò ſunt ambæ rei ꝑſecutoriæ: facta per alterã exactione, altera remittenda eſt: vt.j̃. loc. ſi merces.§.culpæ. Fallit in odiũ eius qui noluit certificare aduerſariũ qualiter poſſideret: contra quẽ dantur duo interdicta: vt no.j̃.de tribu.ac.l. quod in herede.§.eligere.ſi autem ſit vna rei perſecutoria, altera pœnalis ſui natura, & ab initio, neutra per alteram tollitur: vt.j̃. de fur.l.ſi pignore.§. cum furti.niſi in hoc caſu. ſ. in caſu huius.l. ratione prędicta.ſ.in prin. glo. & in alio fortè: vt.j̃.de fur. ſi is cui. ſi verò ab initio nõ eſt pœnalis, vna per alteram tollitur: vt ſupra quod me. cauſa.l. metum.§.licet.&.d.l. qui ſeruum.in fi.de obli. & actio.

ADDITIO. Aduerte hîc dũ dicit gl. inter leuiſſimam culpam, & caſum fortuitũ &c. nõ intelligas quod ſit idẽ: ſed vult dicere, quòd ceſſante leuiſſima cauſa, quicquid contingit, cõtingit leuiſsima culpa. Et ex hoc no. quòd quãdo caupo adhibuit diligentiam quam debuit adhibere quilibet paterfamilias, & ſic ceſſat leuis culpa, de eo quod cõtingit poſtea, non tenetur: vt hîc, ſecundum. Bart.

res periit, vel damnum datum eſt: niſi ſi quid damno fatali contingit. Inde Labeo ſcribit, ſi quid naufragio aut per vim piratarum perierit, non eſſe iniquum exceptionem [a] ei dari. Idem erit dicendum & ſi in ſtabulo aut in caupona vis maior contigerit. Eodem modo [b] tenentur caupones & ſtabularii, quo [c] exercentes negotium ſuum recipiunt. Cæterùm ſi extra negotium receperint, non tenebuntur. [d] Si filiusfamilias aut ſeruus receperit, & voluntas patris, [e] domini, interuenit, in ſolidum [f] erit conueniendus. [g] Item ſi ſeruus [h] exercitoris [i] ſubripuit vel damnum dedit, noxalis actio ceſſabit: quia ob receptum ſuo nomine dominus conuenitur. Sin verò ſine voluntate exerceant, de peculio dabitur. Hæc C autem rei perſecutionem continet, vt Pomponius ait: & ideo [k] & in heredem & perpetuò dabitur.

Quando competunt alicui plures actiones. quarum vna eſt de iure communi, & alia de iure ſpeciali: vna tollitur per aliã quatenus in ea plus eſt. Bartolus.

Nouiſſimè videndum an eiuſdem rei nomine & de recepto honoraria actione, [l] & furti [m] agendum ſit. & Pomponius dubitat. ſed magis eſt vt vel officio [n] iudicis vel doli exceptione alterutra eſſe contentus [o] debeat.

IIII. PAVLVS *libro tertiodecimo ad Edictum.*

B SEd & ipſi nautæ [p] furti actio competit, cuius ſit periculo: [q] niſi ſi ipſe ſubripiat, & poſtea ab eo ſubripiatur: [r] aut [ſ] alio ſubripiente ipſe nauta ſoluendo non ſit. Si nauta nautæ, [t] ſtabularius ſtabularij, caupo cauponis *receperit: æquè tenebitur. [u] Viuianus †dixit etiam ad eas res hoc edictum pertinere, quæ poſt impoſitas merces in nauem locatáſque inferentur, etſi earum vectura non debetur, [x] vt veſtimentorum, penoris [y] cottidiani: quia hæc ipſa cæterarum rerum locationi accedunt. [z]

*res receperit.

†Iulianus.

V. GAIVS *libro quinto ad Edictum prouinciale.*

NAuta & caupo & ſtabularius mercedem accipiũt non pro cuſtodia, [a] ſed nauta vt traiiciat *vectores, caupo vt viatores manere in caupona patiatur,

Nauta, caupo, & ſtabularius differunt.

*Vector. quaſi vehitor. eſt autẽ vector, & qui vehit, & qui vehitur. Iſid. lib 10. etymol.

a *Exceptionem.* per in integ.reſt.vel dic ꝙ de æquitate. nã mero iure tenetur qui ſaluum fore ꝓmiſit. ergo volẽs reſtitui vel excipere, tenetur rem probare fatali damno periiſſe, vel deterioratam: cũ aliàs ĩ depoſito qui dolum dicit, debeat probare illũ: vt.j̃.de proba.l.quotiẽs.§.qui dolo. ad ꝙ eſt quod not. ſupra de eden.l. ſi quis ex argentariis.§.fi.

b *Eodem modo.* quo tenentur exercitores, ſcilicet de dolo lata culpa, & leui & leuiſſima, non de caſu.

c *Quo.* aliàs quòd, pro quia.

d *Non tenebuntur.* hoc edicto, ſed ordinariis actionibus.

e *Voluntas patris.* ſ. expreſſa, vel tacita in corde retẽta, ex eo quod filius vel ſeru⁹ nauem exerceant, vel cauponam, vel ſtabulũ: vt D infra de exerci.l.j.§.ſi is qui.vel cum pater vel dominus exercẽt, recipit filius vel ſeruus voluntate patris vel domini.

f *In ſolidum.* hîc potes iungere quod eſt.j̃.e.l.ſi verò ſine voluntate &c.& poſtea, Item ſi ſeruus exercitoris.ſ.liberi hominis.

g *Conueniendus.* cum ab alio damnum datur.ſi verò ab ipſo, hoc ſequitur in proximo.§.ſecundum ſecundum caſum.

h *Item ſi ſeruus.* caſus poteſt poni in ſeruo exercente, & dãnum dãte: in quo diſtinguitur an domini voluntate exerceat: & tunc domin⁹ pro ſeipſo tenetur de recepto: aliàs vero de peculio tãtum. & ſecũdũ hoc eſt cõtra.j̃.e.l.fi.§.ſeruorũ. Sol. hîc loquitur de actione ex cõtractu: ibi de ea quę eſt ex quaſi maleficio in duplum. & hoc eſt contra tantũ ad primum reſpon.huius.§.item ſi ſeruus, in eo caſu quãdo cum volũtate exercet. Item poteſt poni in ſeruo ordinario exercente, & vicario damnum dãte: vt tunc ſi volũtate domini in ſolidũ teneatur: nec eſt contra.j̃.e.l.fi.§. ſeruorũ. quia ibi in ea actione quæ ex quaſi delicto eſt, loquitur: vt E dixi. Si verò ſine voluntate exerceat noxalis de peculio datur: quia vicarius eſt in peculio: vt.j̃.de noxa.ſi in re.§.fi.& hoc ſecũdum illã literã quæ eſt ibi. Sed ad ſecundum aliam quæ eſt ibi, aut, expone vt ibi. Vel dic, in ſeruo exercitoris liberi hominis: & quod ſubiicit, ſi verò: refertur non ad proxi. ſed ad ſuperius.

i *Exercitoris.* i. exercens ſecundum primum caſum glo. magnæ.

k *Et ideo.* hæc ratio ſufficiens eſt, id eſt probabilis: ſed non neceſſaria. ſic ſupra de ali.iudi.l.non ſolùm.§.fi.

l *Honoraria actione.* hæc ſpecialis.

m *Furti.* hæc communis. ſiue ipſe, ſiue alius ſubripuit.

n *Officio iudicis.* cum talis eſt perſona cui non poteſt opponi doli exceptio.

o *Contentus.* vt hîc, &.j̃.e.licet.§.poſſumus. & facit.ſ̃. de calũ. l. in heredẽ.§.fi. ſed contra.j̃.ꝓ ſocio.l. rei cõmunis. Sol. aliud eſt in actione, iſta, quã in ꝓ ſocio. hæc enim nõ de iure cõmuni, ſed

D SEd &] CASVS cum præceden.§.continuatur hoc modo. Si tu velis contra furẽ agere, dabitur tibi nautæ act.fur. ſed ſi tu non ſis ſoluẽdo, vel tu ſubripuiſti: & alius forte ſubtraxit: tibi nõ dabitur. nã his duob⁹ caſibus actio furti mihi datur: aliàs tu habebis act.fur. [SI NAVTA.] Si vnus nauta res alterius recipiat: ſi ex alia naui ſint illæ res (idem ſi de eadem) habet locũ hoc edictum. [IVLIANVS DIXIT.] In nauim tuam res meas immiſi, & poſtea alias res immitto, vt puta tunicam ad me tegendum: vel cibaria ad comedendum ꝓ neceſſitate: pro quibus ei mercedem non ſoluo. ꝓ his rebus immiſſis habet locũ hoc edictum, quãuis non ſoluam mercedẽ: quia videntur illis accedere.

NOn aliàs.] CASVS. Titium princeps vocauit aliqua de cauſa Romæ ex qua habebat ius reuocandi domum.ſcilicet vt inter aliquos cognoſcat,vel teſtimoniũ ferat: nũquid cõueniendus eſt Titius?Et dicit quòd non:niſi ex eo quod cõtraxit eo tẽpore quo erat Ro.[LEGATI.]Titius cum eſſet Romę,vel alibi aliqua de cauſa conſtitutus,ex qua habebat ius reuocãdi domũ: ibi delictũ cõmiſit ipſe vel eius ſerui:an habeat ius reuocãdi do. an ibi debeat conueniri? Et dicit quòd ibi debet reſpondere. [SED SI.] Cum eſſet Romæ, vel alibi, vt dixi:ibi rem aliquam poſſidebat quam emit ante legationẽ.nunquid ſi ibi cõueniatur rei vind.tenetur reſpondere? Videbatur quòd ſic,ideo quòd ipſe eam poſſedit.Sed Caſſius iuriſconſul.dicit fore diſtinguendũ,an impediatur officio legationis,vel non:& ſi impediatur,non fore dandũ:ſi non impediatur,fore dandum: vt etiã hoc exemplo in quo non videtur impediri,ſi aliquis haberet plures ſeruos: & de vno cõtrouerſiã pateretur:quia tunc nõ eſt deneganda. Sed Iuliano videtur ſine diſtinctione aliqua non fore dandã: & ſic haberet ius reuo.do. Et not.ꝙ hæc.l.loquitur quãdo emit ante legationẽ.ſed lex proxima loquitur quãdo tẽpore legationis.Viu.

b *Euocauit.* cauſa legationis.Accurſius.

c *Hoc tempore.*cum eſſent Romæ:vt.s̃.ea.l.ij.§.omnes.non ergo ſi ante.ſecus in aliis:vt.s̃.ea.l.§.legatis.verſi.omnes.Accurſius.

d *Legati.* hæc eſt Piſa.litera,vt ſit.§.legati.communis vt ſit.§.ex delictis.

e *In rem actio.*propter ſeruum quem emerat ante legationem.

D DE eo.] CASVS. Aliquis dum erat legatus.talis ante inſtitutus erat Romæ:durãte leg.adiuit here.nũquid poterit conueniri durãte lega?Et dicit quòd nõ,ſatiſdabit tamẽ de lega.pręſtan.vel ſi ſatis non det:fiet miſſio in poſ.rerum here.Viuia.

o *De eo.* ſcilicet legato.Accurſius.

p *Qui adiit.* ſcilicet Romæ.

q *Actionem.* imò,vt ſupra.ea.l.omnem.contra.Sol.hîc in quaſi contractu: vt inſtit. de obli.ex quaſi contra.§. heres. ibi in contractu & delictis. Sed contra.j̃.eo.interdum.§.fin. Sol.licèt hæc ſicut & illa ſit ex quaſi contractu,tamen aliud eſt in domino negotiorum qui certat de damno vitando, vt ibi: quàm in legatariis,qui de lucro: vt hîc.Hæc non valet: quia & de creditoribus hîc dicit.ſed dic ibi in ſenatore,hîc in legato.

r *Satiſdet.* ſcilicet cum fideiuſſoribus.Sed contra.s̃ ea.l.ij.§.ſed ſi agant. verſi.ſed ſi dubitetur.Solu.hîc ſatiſdat de legato vel debito ſoluendo: ibi quòd in iudicio ſiſtat, nuda promiſſione caE uet. Item hîc quaſi contraxit adeundo: ibi non,ſed ratione fori communis ibi conueniebatur.

ſ *Mittuntur in poſſeſſionem.* non ergo in aliquo ſuum ſibi videtur prodeſſe priuilegium: quia & ſi priuilegiatus non eſſet, nullam tamen aliam pœnam patitur, niſi miſſionem in bona ſi nollet reſpondere.Reſpon. imò prodeſt: quia hîc non fit miſſio niſi in bonis hereditariis, cum aliàs fieret in omnibus poſt ſex menſes: vt.C.vt in poſ.le.l. certa eſt forma.Item hic ſi ſatiſdat,euitat cõuentionem: aliàs enim non euitat. Accurſius.

t *Dicendum eſt.* vt mittantur in poſſeſſionem.

u QVid enim.reſpondet tacitæ obiectioni.

x *Cuſtodiæ cauſa.* vnà cum ipſo legato: vt.j̃.vt in poſ. leg.l.is cui.&.j̃.de dam.infec.l.ſi finita.§.ſi fortè.ideoq; ea amiſſione non oneratur:vt.s̃.eo.l.ij.§.ſed ſi dubitetur.Accurſius.

y *In poſſeſſione.* ea ratione,quia non ſatiſdatur.Et not.ꝙ ceſſante cauſa ceſſat effectus. nam non impeditur legatio quæ eſt cauſa: ergo

Cauſa ceſſante, ceſſat effectus.

ergo fit miſſio: quæ miſſio ceſſaret ſi legatio impediretur. Sunt ergo duæ rationes quare fit miſſio. prima ideo, quia nõ ſatiſdat. ſecunda, quia officio legationis non impeditur.

Sed & ſi.] CASVS. Aliquis dum erat in legatione, hereditas ſibi reſtituta ex Trebell. fuit: volunt eum nũc conuenire creditores. quærit᷑ an poſſunt? Et reſpond. quòd non. ratio ibi, perinde &c. Si verò erat inſtitutus, & rogatus alij reſtituere, & reſtituit decætero non conuenitur, ſed fideicommiſſarius: nec ille poterit ex perſona legati ſe defendere quo minus reſpõdere compellatur. [EX QVIBVS.] Planũ eſt. Dicit enim quòd cum dictum eſt de his qui abſẽtes ſunt aliqua de cauſa, ex qua habẽt ius re.do. qui nõ poſſunt conueniri niſi ex contractu ibi habito: inde ſi deferatur eis iuſiuran. non tenentur ſuſcipere &c. [ÆDIVM.] Titius vbi eſt abſens aliqua de cauſa, ex qua habeat ius re.do. ibi vel in ꝓuincia ſua domos poſſidebat: nunquid tenetur ſatiſdare de damno infecto? Et dicit quòd ſic. & ſi nolit ſatiſdare, miſſio fiet in domos. [SED ET SI.] Tenebatur mihi Titius aliqua actiõe quæ tempore finiebatur: & ſic eſt Romæ: vel aliàs ex tali cauſa ex qua habet ius re.do. & ſic eo exiſtente in legatione, finiebatur dies illius actionis: an ſit cogendus quòd litem ſecum conteſtetur? Et reſpon. quòd ſic. [SI PATER.] Titius deceſſit relicto vno filio, & vxore ſua grauida. fili⁹ vult debitores patris pro dimidia parte cõuenire, quæritur an poſſit. Et dicitur quòd non, quamuis vnus tantũ naſci poſſit, vel naſcatur poſtea, quia poterant plures naſci: quamuis per rerum naturam id eſt per diuinam ſapientiam certum eſſet vnũ naſci. ſed magis inſpicere debemus noſtram ignorantiam, quàm diuinam ſcientiam, & ſic dicimus ꝙ ipſe quartam partem petere poteſt. Viuia.

* Coniunge l.3. ſi pars hered. Duar.

Ille cui ex Trebelliano reſtituitur hereditas tempore legationis, ꝑ ea tũc nõ poterit cõueniri. Bar.

XXVIII. PAVLVS *libro ſeptimodecimo ad Plautium.*

SEd * & ſi reſtituatur ei hereditas [a] ex Trebelliano, actio in eum non dabitur, ſiue ſponte ſiue coactus heres eam adierit. [b] commodius enim eſt reddi quidem ei hereditatem: perinde [c] autem habendum ac ſi ipſe adiſſet [d] hereditatem. Cõtrà ſi legatus tempore legationis adierit [e] & reſtituerit, datur in fideicõmiſſariũ actio. nec exceptio [f] Trebelliani obſtat ex perſona legati: [g] quia hoc [h] legati perſonale beneficium eſt.

Quo caſu nõ cogitur qui ſe defendere, non cogitur iuramẽtum præſtare. Bartolus.

Ex quibus autem cauſis nõ cogitur legatus iudicium accipere, nec iurare cogẽdus eſt ſe dare nõ oportere: quia hoc iuſiurandum in locum litis conteſtatæ ſuccedit. [i] Ædium [k] nomine legatus dãni infecti promittere debet: [l] aut vicinum admittere in poſſeſſionem. [m]

a *Hereditas.* & ſic videtur quaſi contraxiſſe: vt inſtitu. de obliga. quæ ex quaſi contrac. naſc. §. heres quoque. Accur.

b *Adierit.* ſcilicet inſtitutus qui cogi poteſt: vt infra ad Trebel. l. quia poterat. & inſtitu. de fideicommiſſ. here. §. ergo ſiquidem. verſi. ſed ſi recuſet. Sed nonne agendo contra heredem inſtitutum, & petẽdo vt compellatur adire, & ſibi reſtituere, compellitur ſe defendere: vt ſupra eo. l. ij. §. ſed ſi agant, quæ eſt contra? So. hoc magis officio iudicis expeditur, quàm actionis iure. [a] vel quod ſupra dicit, verum eſt interim dum agit, poſtea non: vt hic loquitur.

c *Perinde.* quo ad hoc vt non poſſit conueniri ſicut ſi ipſe adiuiſſet: vt in. j. reſpon.

d *Adiſſet.* quo caſu non cogitur: vt. s. eo. l. de eo.

e *Adierit.* adire cogitur. non reſtituere tempore legationis: vt infra ad Treb. ſi legatus. Accur.

f *Exceptio.* ſ. vt reſtituta hereditate nõ teneatur creditoribus.

g *Legati.* nec aliam ſi quam habet iure legationis.

h *Quia hoc.* id eſt exceptio Trebellianica. bona ratio, vt inſtitu. de iur. nat. §. ſed & quod principi. verſi. plane. Fallit tamen in priuilegio dotis, quod ad ſuum heredem tranſit: vt. j. ſo. ma. l. etiã. & C. qui po. in pig. ha. l. ſi. §. pe. Sed opp. quòd hĩc non eſt priuilegium legati. nam & non legatus ſi reſtituit, habet exceptiones Trebellianicas: vt. j. ad Trebel. l. j. circa principiũ. &. §. j. Reſpõ. hĩc nõ dicit hoc beneficium competere iure legationis, ſed cõpetere quia reſtituta eſt hereditas. vnde dicitur perſonale beneficium eius, non quia legati: ſed quia iam reſtituerat. Vel ſupple hãc literam, nec exceptio Treb. competit ex perſona legati,

a] Bal. hĩc dicit iſtã glo. ſing. ad hoc quòd re cõuentio non habet locum vbi petitur aliquis iudi. ſolũ. & non iure actionis. de qua materia per Bartol. in. l. 1. de var. & extraord. cog. per Inno. in ca. 1. de mu. peti. vbi dicit quòd nõ habet locũ etiã coram arbitris: per ca. dilecti. de arbi. extra. Bolo.

ff. Vetus.

A nec alia ſi quam habet iure legationis, ſcilicet ius reuocandi domum: quia hoc ius ſcilicet reuocandi domum, perſonale eſt priuilegium.

i *Succedit.* vt hĩc, & infra de iureiuran. tutor. §. qui non compelluntur. Et ſic not. hĩc vbi aliquid prohibetur, & eius ſimile: vt ar. infra man. l. ſi. §. ſi.

k *Ædium.* Romæ vel in prouincia poſitarũ.

l *Debet.* ſcilicet Romæ.

m *In poſſeſſionem.* ſcilicet ex primo decreto. ſic ſupra eo. l. de eo. & l. quid enim. Quid autem ſi ex ſecundo? Reſpon. tenet miſſio, ſed datur reſtitutio: vt infra de dam. infec. l. ſi finita. §. ſi forte.

n *Actionis.* alicui⁹ cõpetentis contra legatum.

o *Cognita.* fortè intellige caſum eſſe cum ipſo iure perit actio. Sed ſi hoc dicas, quando ergo datur reſtitutio quæ datur: vt ſupra ex quibus cau. ma. l. j? Reſpon. ſi non fiat cõteſtatio: & ſic cauſa j. de pœ. l. ij. Vel ſecundũ Io. dic, ſi facilè poteſt peti reſtitutio, non fiat cõteſtatio. aliàs ſic: vt quia actor eſt pauper, cui eſt difficile petere reſtitutionem. Vel fortè lõgè diſtat à præſide qui debet reſtituere: nam defenſor loci non poteſt.

Ex cauſa neceſſitatis cogitur legatus litigare, inquantum neceſſitas exigit. Bar.

Sed & ſi dies actionis [n] exitura erit, cauſa cognita [o] aduerſus eũ iudicium prætor dare debet, vt lis conteſtetur, [p] ita vt in prouincia transferatur.

B In ventre in dubio præſumuntur eſſe tres: ideo iam natus, pro quarta hereditatis tantum interim poterit conueniri. Bar.

Si paterfamilias mortuus eſſet relicto vno filio, & vxore prægnate, non rectè filius à debitoribus partem dimidiam crediti petere poteſt, quanuis poſtea vnus filius natus ſit: [q] quia poterant plures naſci: cum [r] per rerum naturam certum fuerit vnum naſci. [ſ] Sed Sabinus, Caſſius, partem quartam peti debuiſſe, quia incertum eſſet [t] an tres naſcerentur: nec rerum naturam intuendam, [u] in qua omnia certa eſſent, cum futura vtique fierent: ſed noſtram inſcientiam aſpici debere.

XXIX. IDEM *libro octauo ad Plautium.*

QVi * appellat [x] prior, agit.

* Vulga. qui prior appellat.

p *Conteſtetur.* & ſic actio perpetuetur: vt hĩc, & ſupra de arbit. idẽ Põpo. ſi de meis. §. fi. & ſupra de feriis. l. iij. §. item ſi res. Sed quomodo poteſt exire: vt. s. eo. l. ij. §. ſed & ſi agant. verſi. in omnibus. quæ eſt contra? Sol. vt ibi. Item quid in actione de dolo quæ non poteſt perpetuari: vt C. de dolo. l. ſi? Dices totam cauſam agendam tempore legationis. Accur.

D q *Vnus filius natus ſit.* imò videtur quòd dimidiam quando poſtea vnus naſcitur: vt infra de adquirẽ. here. l. cum quidam. §. quid ſi vnum. quæ eſt contra. Solu. ibi refertur opi. Sexti Pompo. quæ etiam hĩc reprobatur.

r *Cum.* id eſt quamuis.

ſ *Naſci.* ſcilicet vſque ad ſeptem: cum tot ſint receptacula mulierum: vt infra de ſolu. ſi pater. & infra ſi pars hered. pe. antiqui. Et not. hĩc quòd inſpicitur quod euenire poteſt. ſic ſupra de iuriſdi. om. iudi. ſi idem. in ſi. Accur.

Mulieris receptacula ſunt ſeptem.

t *Eſſet.* cum poſſint etiam naſci facilè ſeptem.

u *Intuendam.* imò videtur intuenda: vt inſtit. de verbo. oblig. §. conditiones. quæ eſt contra. Solu. hĩc dicit rerum naturam, id eſt diuinam ſcientiam: ibi curſum ſolitum rerum. Vel ibi ponitur pro ſcientia hominis. ſic & C. de proba. actor.

E QVi prior.] CASVS. Debeo tibi rem aliquam, tu mihi aliam. tu me conueniſti, ego te poſtea: prius cognoſcetur de cauſa tua, quàm de mea. Vel dic aliter exemplum: quia ſcriptor mihi prius ſuas operas locauit: & poſtea Titio. cui prius debeat &c. Et dicitur quòd mihi qui prius appellaui. i. contraxi.

x *Qui appellat prior.* ponunt quidam caſum in operis: vt infra loca. in operis. ſed ibi nõ de ordine conuẽtionis, ſed ſatiſfactionis dicit. Alij in duplicibus iudiciis: vt. s. eo. l. in tribus. Et quod dicit hĩc, agit, id eſt actoris partes tenet. Tu verò dic, peto à te Stichum, tu à me Pamphilum: & ſic in ſimilibus vbi vtraq; ciuilis eſt, neutra præiudicialis. hoc tamẽ ita, vt nihilominus alter pendente lite prioris poſſit proponere ſuam querelã, & probationes inducere. & ſic de cauſa cognoſcet᷑: licèt alter primò probet, & prius facti qualitatem enarret. & vna charta poterit vtraque ſentẽtia ſcribi, vel duabus, incontinenti tamen: vt in authẽt. de execu. & his qui conue. & re. §. ſancimus. colla. vij. Item habet locum hæc regula cum vtraque criminalis eſt, & neutra ma-

y iij

UNED

a] Et bene & facit text. in l. negãda. ff qui acc. nõ poſ. Pau.

ior.[a] Item cum prima eſt maior ſecunda. Item & ſi ſecunda maior ſit: ſed tamen nomen prius accuſati receptũ eſt inter reos: vt A ĵ. de adult. ſi maritus. ij. §. lex Iulia. verſicu. præſcriptiones. Item habet locum cum ciuiliter agendo præiudicialem primo intento: & poſtea mihi obiiciatur criminalis. & intellige quando ſe non contingunt. ſi autem ſe contingunt, vt quia vna principalis, alia incidẽs: tunc ſemper primò de incidenti cognoſcitur, antequam de principali cognoſcatur & pronuntietur. Sed an de incidenti pronũtietur? Dic vt infra eo. titu. de qua re. Item nõ dicas, prior agat, id eſt peragat vſque ad fi. ſed dic vt dictum eſt. Econtra fallit hæc regula cum vtraque eſt ciuilis: ſed ſecunda præiudicialis: vt inſtitu. de act. §. præiudiciales. & infra de lib. cau. l. ordinata. & C. de adulte. quoniam. & de ord. cogn. cum hic ſtatus. & l. j. Item fallit cũ ſecunda criminalis eſt, & altera ciuilis, nõ tamen præiudicialis: vt C. de ordi. iu. l. fi. Item fallit cum vtraque eſt criminalis: ſed ſecunda maior: vt C. qui ac. nõ poſ. l. j. Item fallit quãdo vtraque eſt æqualis & criminalis: ſed accuſatus vult proſequi ſuam vel ſuorum iniuriam: vt C. qui ac. non poſſ. l. negãda. Item fallit ſi vnus petitorio, alter poſſeſſorio agat: nam iudicium poſſeſſorium præfertur, licèt poſtea propoſitum ſit: vt infra. e. l. ſi de vi. Item quis dicitur prior appellare? Reſpon. qui prius vocat in ius. aliter accipitur alibi: vt infra de pecu. l. ſi vero. Item contra C. de tranſac. vbi pactum. Sed ibi eſt ſpeciale in odium venientis contra tantam ſolennitatem. Accur.

* præſtituta.

XXX. MARCELLVS *libro primo Digeſtorum.*

VBi acceptũ [a] eſt ſemel iudicium, ibi & finem accipere debet.

Sicut inter heredes diuiditur actio, ita inſtãtia ſuper actione inchoata. Bartolus.

XXXI. CELSVS *libro vicenſimoſeptimo Digeſtorum.* B

SI petitor [b] plures heredes reliquerit, vnuſq; eorum iudicio egerit, [c] non erit verũ totã rẽ quæ in priore iudicio fuerit, deductã [d] eſſe. nec enim quiſquam alienam actionem in iudicium inuito coherede perducere poteſt. [e]

Tempora appoſita in prima delegatione, videtur repetita in perſona eius qui in locum primi eſt delegatus. Bartolus.

XXXII. VLPIANVS *libro primo de Officio Conſulis.* C

SI iudex cui certa tempora [f] præſtita [*] erant deceſſerit, & alius in locum eius datus fuerit: tãtã ex integro tempora in perſona eius præſtituta intellegemus, quamuis magiſtratus nominatim hoc in ſequẽti datione nõ expreſſerit: [g] ita † tamẽ vt [*] legitimũ [h] tempus non excedat. [i]

Qui petit copiam libelli, nõ videtur conſentire in iudicẽ. Bart.

XXXIII. MODESTINVS *libro tertio Regularum.*

NOn videtur in iudicem conſenſiſſe, qui edi ſibi genus [k] apud eundem iudicem deſiderat actionis.

In ſucceſſorẽ trãſit inſtãtia, quæ debet terminari ĩ eodẽ loco. Bar.

XXXIIII. IABOLENVS *libro quintodecimo ex Caſſio.*

SI is qui Romæ [l] iudicium [m] acceperat, deceſſit: heres eius quamuis domicilium trans mare habet, Romæ tamen defendi debet: [n] quia ſuccedit in eius locum à quo heres relictus eſt.

VBi acceptum.] CASVS. Coram iudice ordina. meo conueni Titium alterius iuriſdi. & ſic ſum cum eo lit. conte. cũ ipſo ſpõte iudicium ſuſcipiẽte. hoc facto volebat vti priuilegio ſuo, dicendo ſe fore de alia iuriſd. vel ſe habere ius re. do. Dicitur ꝙ non poteſt: quia vbi acceptum eſt, ibi finem accipere debet. D

b] Hoc verũ in eo qui habet plures iu dices: & neutrum poteſt declinare. ſecus ſi per incompetẽtem eſſet vocatus: vt. l. nõ videtur. infra eod. Bart.

c] Imò non fallit. Bar & Pau.

a *Vbi acceptum*. etiam per citationem, [b] & apud eundem iudicem: vt ſupra. e. ſi quis poſtea. & ſupra de iur. om. iud. l. penult. Nam etiam in alio loco apud eũdem iudicem decidi poteſt: eadem tamen terra: vt ſupra de arbit. ſi cum. §. ſi arbiter. Azo. & facit ad. l. iſtam in auth. de teſti. §. & quoniam. colla. vij. & de ſanct. epiſc. §. ſi quis epiſcopus. colla. ix. & ꝭ. eo. ſi quis poſtea. Vel propriè pone. primò fallit [c] ſupra eod. ſi longius. & C. de peda. iu. l. penulti. & l. properandum. de iudi. Quid ſi deleget? videtur quòd poſſit: quia idem videtur eſſe in delegato: vt C. de procura. l. neque.

SI petitor.] CASVS. Titius cœpit agere aduerſus Mæuium: & lis conteſt. fuit: & ſic lit. pen. deceſſit relictis pluribus hered. puta me Titio & Seio: egi ego ſolus & proſecutus ſum litem aliis inuitis, non præiudico eis. Vel dic, quòd ille Titius deceſſit, & lis non fuit conteſt. ſed ego litem inchoaui. & idem eſt. Vi.

b *Si petitor*. id eſt actor.

c *Egerit*. id eſt agere perſeuerauerit. nam defunctus agere cœpit. Alij dicunt quòd omnes coheredes agere cœperũt: ſed vnus tantũ pro omnibus voluit perſeuerare. Sed contra vtrumq; caſum eſt. C. de conſor. eiuſdẽ lit. l. ij. Solu. hîc inuitis aliis non poteſt: ibi ignorantibus vel ſciẽtibus poteſt, non tamen contradicentibus. Arg. contra. ꝭ. de procura. l. Pompo. §. ſi. ADDITIO. ibi in re indiuidua: hîc in diuidua. & ita ſoluit Barto. hic.

d *Deductam*. in poſterius. Accur.

e *Perducere poteſt*. ar. C. res inter alios ac. & infra de re iudi. ſæpe. & C. de procura. licet.

SI iudex.] CASVS. Caſum primo ponas, & ſic: Aliquis fuit delegatus ad aliquam cauſam, & dictum fuit ei vt iſtam cauſam finiret intra biennium: & deceſſit iſte delegatus: & alius in eius locum ſubſtitutus eſt. debet habere tantam poteſtatẽ quanta data fuit primo delegato, id eſt bienniũ dabitur iſti ſubrogato. Hoc eſt verum, ſi non fiat contra. l. illam, properandum. & ſecundum hoc dicit, tanta &c. non plus, id eſt quanta conſtituta fuerunt in perſona primi. Vel dic ſecundò hunc caſum, quòd iſte delegatus deceſſit, & reſtabant ei ſex menſes. Certè ſubrogatus loco eius habebit iſtos ſex menſes. & ſecundum hoc dicit tãta &c. ſcilicet quanta reſtabant primo delegato. Viuianus.

† Sequentia verba videtur addita à Triboniano.

* legitima tempora nõ excedant.

f *Tempora*. intra quæ debeat iudicare, præſtituta à delegante, tanta ex integro poſita, quãta fuerãt præſtituta in primi perſona. Ioã. vel dic, quantum reſtabat primo. & ſic facit glo. nã ſi expreſſit &c. ſed ſecundum primam nõ oportet aliquid ſubaudiri.

g *Non expreſſerit*. nam ſi expreſſit illud tẽpus, ſeruatur: ita tamẽ &c. Et not. ꝙ tribus modis eſt cõtra. C. e. properãdũ. §. ſin autem vtraq;. verſi. ſin autẽ ĩ medio. Primò in eo qđ dicit hic, ſecundum ſecundã expoſitionem dari ſucceſſori tantum tempus quantum defuncto ſupererat: vel quantum defunctus habuerat ſecundum diuerſas poſitiones: ibi autẽ annum ſtatuit: niſi maius tẽpus ſupererat: ſed in hoc iſta ſequitur illã. [d] Itẽ in eo quod hîc innuit, quòd poteſt ſtatui tempus: quod ibi negatur: ſed à lege ſtatuitur: ſed hîc loquitur de tempore conſtituto à maiori iudice: quod redintegrari poteſt: ibi de tempore à lege conſtituto: quod non redintegratur. ſed tantum ſucceſſori datur, quòd lis expediatur. Vel ibi de ordinario perpetuo: hîc de delegato. Vel hæc ſecundum illam. Item in eo quod hîc dicit, quòd nõ poteſt legitimum tempus ſcilicet triennium excedere: eſt contra: quia ibi innuit quòd ſic: quod quidam ibi concedunt: & ſic ſeruatur. Sed puto quòd illa ſecundum iſtam intelligatur in hoc ſcilicet de delegato temporali: & illa in ordinario perpetuo. Item not. ar. quòd intelligitur tacitè repetitum quod prius fuerat dictum: vt infra de verb. ob. Titia. §. idem reſpon. & ĵ. eo. l. mortuo. Arg. contra infra de here. inſtitu. l. ſub condi. & C. de vſur. per retentionem. in fi. Ac. ADDITIO. Dic quòd illæ leges loquuntur in contractibus: hîc in iudiciis. Lancelot.

d] Reprobatur ſecundũ Lancelot.

Prius dictũ, tacitè repetitum intelligitur.

h *Legitimum*. triennij per nouam cõſtitutionem: ad quam ſcilicet, properãdum, compoſitores habeuerunt reſpectum, addentes legi Vlpiani hunc verſi. niſi &c.

i *Non excedat*. ſcilicet hæc duo tempora computata in vnum. ſ. quæ trãſierunt viuo iudice primo, & quod poſtea à lege iſta datur ſucceſſori: quod eſt tantundem. Vel dic, quod poſtea datur à ſubſtituente, vt ſic ad ſubauditum te referas.

NOn videtur.] CASVS. Pone caſum in ſcholari qui ex cõſti. Federici habet tres iudices, ſcilicet epiſcopũ, magiſtrum, & poteſtatem. & ſic ſi vocetur corã poteſtate ab aliquo Bon. & ei libellus porrigatur, & ipſe receperit: non propter hoc videbitur conſentire: nec coram poteſtate litigare. Viuia. E

k *Genus*. id eſt ſpeciẽ. Sic genus ponitur pro ſpecie. ꝭ. naut. cau. l. & ita. §. ſed ſi tota. verſi. ſed ſi gratis. quam actionẽ actor debet edere in libello, vt. ꝭ. eo. ſi debitori. nam inter lit. conteſta. &c. vt C. de lit. conteſt. l. j. Sed contra. ꝭ. eo. ſed & ſi ſuſceperit. Sed ibi etiam reſpondit, & conſenſit in iudicem.

Genus quãdoque pro ſpecie ponitur.

SI is.] CASVS. Titiũ Romæ cõueni: & litem cum eo conteſt. ſum, deceſſit lit. conteſt. vel lite pendente, & ei heres extitit quidã alibi habens domiciliũ, puta vltra mare: an ibi ſe defendere debet, vbi ſcilicet domicilium habet: an vbi iudiciũ cœptum eſt. ſ. Romæ? & dicit quòd vbi cœptum eſt. ſ. Romæ.

l *Si is qui Romæ*. idem ſi alibi.

m *Iudicium*. ſ. per lit. cont. vt. ꝭ. eo. l. vbi. & l. ſi petitor.

n *Debet*. ſiue ibi inueniatur, ſiue nõ: vt. ꝭ. e. l. vbi. ſi autẽ nõ eſſet lis cõteſtata, tunc vbi inuenitur: vt. ꝭ. eod. heres. vel aliter vt ibi.

Non

a Non quemadmodum. In pendenti. vt ſi promittat in diem, quod non placet: quia tunc non in pendenti, imò ſtatim eſt debitū: vt infra de verb. oblig. l. eum qui kalendis. & inſti. de verb. obl. §. omnis. verſi. in diem. Dic ergo, id eſt ſub conditione: quia tūc pendet: vt inſti. de verb. obli. §. ſub conditione. Et quod dicit vel in futurū, id eſt pro eo quod adhuc neque purè, neque in diem, neque conditionaliter debetur: vt inſtit. de fideiuſ. §. ij. & infra dicit ſtatim.

b In pendenti. puta ita demum teneat hoc iudicium, ſi nauis ex Aſia venerit. Accur.

Iudiciū non poteſt eſſe de futuris.

c Non poſſe. Not. iudicium non poſſe eſſe de futuris: vt ſi te nūc cōuenio, quia ſpero te aditurū hereditatē Titij. & oppo. de his quæ dixi. ſ. eod. non poteſt. Item eſt cōtra. ȷ. ad le. Aquil. l. in lege. Sol. ibi ſpeciale in odium delinquentis, ſecundum M. nā & in legato conditionali debetur æſtimatio ante euētū conditionis, ſi tabulæ per contumaciā non exhibeantur, in odium cōtumacis: vt infra de ta. exhi. l. locū. §. condemnatio. Vel in. d. l. in lege. præſens eſt damnū, præſens obligatio, præſens actio, præſens cauſa, & præſens ſententia, ſed ſola differt executio: vt. ȷ. de eui. l. ij. Itē quid ſi promiſiſti quid ſingulis annis? nōne potero agere vt condemneris vt in futurum ſoluas? Reſpon. ita. nec enim oportet ſingulis annis de iure meo ꝓteſtari: vt C. de præſcrip. xxx. anno. l. ij. in fi. Et argu. ȷ. de vſur. cum de in rem verſo. & C. de fideicōmiſ. l. ij. & argu. ȷ. pro ſocio. l. ꝓ ſocio arbiter. circa princ. & ȷ. de ſer. vrba. præ. l. qui ædificium. & arg. ȷ. de aqua plu. arcen. l. Atteius. §. pe. & ȷ. ſi ſerui. vin. l. egi. & l. harum. & eſt ratio, quia ſuper iure quod eſt de præſenti agitur. Item oppo. ȷ. quando ap. ſit. l. j. §. biduum. Sed hîc de iudicio ſeu inſtātia iudicij. i. trino actu trium perſonarum: ibi de ſententia.

Iudiciū nō poteſt eſſe ſuper futuro. h. d. vel ſic. Tractus futuri temporis non ſpectat ad iudicē. Bar.

XXXV. Idem *libro decimo Epiſtularum.*

Non queadmodū fideiuſſoris obligatio in pendēti [a]poteſt eſſe, & vel in futurū cōcipi: ita iudiciū in pendenti [b]poteſt eſſe, vel de his rebus quæ poſtea in obligationē aduēturę ſunt. nā neminem puto dubitaturū quin fideiuſſor ante obligationem rei accipi poſſit: iudicium verò antequam aliquid debeatur, non poſſe. [c]

Ex cauſa poteſt iudex dilationes prorogare. Bartolus.

XXXVI. Calliſtratus *libro primo cognitionum.*

Interdum ex iuſtis cauſis & ex certis perſonis ſuſtinēdæ [d]ſunt cognitiones, veluti ſi inſtrumenta litis apud eos eſſe dicātur qui reipublicæ cauſa aberunt. Idq; diui fratres in hæc verba reſcripſerūt: Humanū eſt propter fortuitos [e] caſus dilationem accipi: veluti quòd pater litigator filium vel filiam, vel vxor virum, vel filius pa-

A rentem amiſit: [f] & in ſimilibus [g] cauſis cognitionem ad aliquem modum ſuſtineri.

Vbi quis geſſit negotium, ibi debet ſe defendere, non obſtāte priuilegio fori. Bartolus.

Senator ſi negotiis alienis ſe obtulerit in prouincia, [h] non debet B iudicium recuſare negotiorū geſtorum: ſed actionem eum excipere oportere Iulianus reſpondit, cum ſua ſponte ſibi hanc obligationem contraxerit. [i]

Accuſatio criminalis de vi prius debet expediri, quàm quæſtio ciuilis de proprietate. Vel ſic: Si inter eoſdē eſſet quæſtio de proprietate & poſſeſſione, cauſa poſſeſſionis debet primo intētari. Barto.

XXXVII. Idem *libro. 5. cognitionū.*

C Si † de vi [k] & poſſeſſione quęratur: prius cognoſcendum de vi, quàm de proprietate rei diuus Hadrianus * τῷ κοινῷ τῶν Θεσσαλῶν † Græcè reſcripſit.

Species debet ſolui vbi eſt, quātitas vbi petitur: niſi aliud actū ſit.

XXXVIII. Licinnius *Ruſinus libro quarto Regularum.*

Interdum. Casus. Iudex inter aliquos cognoſcebat. & cum vellet ſententiam ferre, vnus litigatorum petiit ſibi dilationē dari: an debeat? Et dicitur quòd ſic, cauſa cognita, & ſi cauſa iuſta fuit, vt in litera dicitur, quòd ſit iuſta cauſa. [ Senator. ] Titius cum eſſet prouincialis, & in prouincia domicilium haberet, & Romæ ſenator conſtitutus foret: ibi, ſcilicet Romæ, vel aliàs puta Boñ. geſſit negotia mea. Dicit quòd propter malam adminiſtrationem poteſt conueniri Boñ. & etiam Romæ, ſi ibi geſſit. Viuianus.

d Suſtinendæ. id eſt differendæ. Accur.

e Fortuitos. maximè: & ſic plures dantur dilationes. Sed cōtra. ſ. de feriis. l. fi. Sol. vt ibi.

f Amiſit. per mortem.

g Et in ſimilibus. vt ægritudinibus & tempeſtatibus: per quas lex. xij. tab. iubet diem differri: vt. ſ. ſi quis cau. l. ij. vt tamen inter febrem & febrem diſtinguatur: vt. ȷ. de re iud. quæſitum. Sed quid ſi febricitans potuit procuratorem cōſtituere? Reſpon. nō. ideo minus excuſatur. De hoc vide gloſ. in. d. l. quæſitum. & tamen dixi ſupra ſi quis caut. l. ij. §. ſi quis in iudicio.

h In prouincia. nedum Romæ.

i Contraxerit. id eſt quaſi contraxerit. ſic ſupra de nego geſt. l. ſed & cum. Sed contra. huic. §. ſupra eod. de eo. Solu. vt ibi. Additio. Dic ſecundum Bar. hîc quod ibi loquitur in quaſi contractu, qui ſolo animo celebratur: pro quo legatus non poteſt conueniri: hîc verò loquitur in quaſi contractu: qui aliter quàm animo celebratur.

Si de vi.] Casus. An in eodem libello poſſit agi petitorio & poſ. quæritur? Et dicitur quòd nō, ſed primò poſ. & deinde peti. & dicit exemplum in interdicto vnde vi: quod eſt recuperandæ poſ. Dicebat enim aliquis ſe vi deiectum de poſſ. vnde A etiam intentabat interdictum vnde vi: item dicit rem ſuam eſſe: vnde vult rem vindicare. Dicitur quòd prius agendum eſt poſſ. quàm petitorio. Viuianus.

k Si de vi. Pone caſum in quolibet genere interdictorū, ſiue retinendæ poſſeſſionis, ſiue recuperandæ, ſiue adipiſcēdæ: cum vnus cōtra alium petitorio, alter vel idē poſſeſſorio agere velit: quæ genera inuenies per exēpla inſtitu. de interdic. §. ſequēs. vt ſemper primò agatur de vi: id eſt de violenta poſſeſſione, quàm de poſſeſſione, id eſt de proprietate. Et dicitur violenta poſſeſſio: quia cuilibet poſſeſſioni ꝓpter quā intentas interdictum, ineſt aliqua vis. Et ſecundum hoc non ob. C. de ap. l. j. cum ibi dicat de poſſeſſione primò queri, quàm de crimine violentiæ. ſic intellige. C. ad leg. Iul. de vi. l. ſi quis. Sic & aliàs ponitur poſſeſſio pro dominio: vt C. de don. inter virum & vxo. l. ſi quidem. & ȷ. de verb. ſigni. l. interdū. & hoc ſecundum Ioā & Azo. Itē cōtra. ȷ. ad leg. Iul. de vi publ. l. qui cœtu. §. j. Sol. illa ſecundum iſtam. Tu verò ponas tantū in interdictis retinendæ poſſeſſionis: in quibus etiam admittitur vis turbatiua: vt ibi præcedat quæſtio poſſeſſionis: ſiue vnus cōtra vnum, ſiue viciſſim inter ſe: ita quòd alter petitorio, alter poſſeſſorio agere velit. Quid autem ſi volo agere petitorio tantùm, cum poſſim poſ? Reſpon. non intromittit ſe lex niſi conſulendo: vt infra de rei vindic. l. is qui. Nunquid ergo in eodem libello poteſt vtrumque ſimul peti ab eodem? Ioā. & Azo quòd nō: vt hîc, & D C. de interdic. l. incerti. & C. de rei vindica. ordinarij. Item vt C. quo. bono. l. fina. & C. de edi. diui Hadri. tol. l. ij. Tu verò dic diſtinguendo, vt in interdictis recuperandæ & adipiſcendæ poſſeſſionis poſſit vtrumque, ſcilicet petitorium per rei vin. & poſſeſſorium in eodem libello proponi. ſi verò retinendæ: tunc non, quia ſibi contrarius videtur: cum agendo in rem diceret alium poſſidere: vt C. de alie. iudi. mu. cau. fact. l. j. ſed agendo interdicto dicit ſe in poſ. tuendum, & ſic ſe excludit: vt infra quando app. ſit. l. ij. §. ſed ſi alius. Nec obſt. quod eſt infra de acquiren. poſ. l. naturaliter. §. nihil. vbi etiam retinendæ videtur ſimul proponi cum petitorio: quia ibi ignorans ſe poſſidere, petitorium propoſuit: cui poſtea renuntiat cum poſſeſſorio agit. Et probatur hæc opi. quòd petitorium & poſ. ſimul poſſint proponi iure legum: vt. ȷ. de vi & vi arma. l. cum fundum. §. fin. & iure canonum: vt extra de cauſa poſſ. & pro. paſtoralis. Nec ob. ll. prædictæ pro Io. quia primæ tres loquuntur in poſſeſſoriis re- E tinendæ pôſ. quando viciſſim agebant. Item aliæ duæ non ob. quia ſic ſeparatim voluit agere actor. Vel loquitur. l. iſta cum criminalis de vi inſtituatur accuſatio. ſic enim pone infra ad legem Iul. de vi pub. l. qui cœtu. §. vlti. vbi de vi prius: quia hoc vult actor: vt C. de fal. damus. & l. ſeq. Item non ob. quod. l. prædicta, incerti. dicit quòd actionibus eſt agendum ad ipſam poſ. quæ non poſſunt dari pro poſſeſſione retinenda: vt infra vti poſſi. l. j. §. interdictum. vt ſic iam. l. illa, incerti. neceſſariò loquatur de poſſeſ. adipiſcenda vel recuperanda: quia dicta lex, vti poſſi. excludit alias actiones dari pro poſſeſ. retinenda: vt triticariam, vel indebiti: non autem actionem in factum, quæ datur loco quorumlibet interdictorum. & de talibus actionibus dicit prædicta. l. incerti. vt inſtitutionibus de interdi. §. fina. vel ibi viciſſim. Alij quòd ſimul cognoſcitur: ſed poſſeſſorium ante deciditur. Item quæro ſi ago poſſeſſorio quocunque genere interdicti, & tu incontinenti velis de iure dominij do-

Poſſeſſio quare violēta dicatur.

† In hanc legē vide Cuiac lib. 5. obſeru. cap. 15.

* Infra ad leg. Iul. de vi pu. hoc reſcriptū diuo Pio Hadriani ſucceſſori tribuitur, forte quia idē quod Hadrian⁹, Pius reſcripſit, q. Hadriano plurimū detulit Idē autem ab vtroque interdū reſcriptū eſſe apparet ex. l. Papinianus in fin. ȷ. de inoff. teſt.

† id eſt vniuerſitati ſeu reip. Theſſalorum.



UNED

cere in modum exceptionis: an es audiendus vt mihi præferaris? Videtur quòd ſic: vt. ȷ̃. de dol. ma. excep. l. dolo. quod puto verũ: arg. ȷ̃. vt in poſ. le. l. ſi is à quo. Alij contra: &. d. l. dolo. intelligũt in petitorijs, & non poſ. per. l. ȷ̃. quorum le. l. ȷ̃. §. j. Sed certè & in poſſeſſorijs idem: vt infra de Car. edi. l. iij. §. cauſæ.

a] Reprobatur, quia ſi etiã offeratur in promptu probatio do minij, non admittitur per regulã. ſpoliatus ante oĩa, &c. vt l. ſi quis à ſe fundum. C. ad le. Iuli. de vi publi. Pau.

*Quod legatur.*] CASVS. Si legaſti mihi aliquid in ſpecie, puta legaſti mihi equũ vel Stichum: ſi prædicta petam, heres tuus debet ibi ſoluere vbi eſt: niſi alibi transferatur dolo heredis: quia tunc dare debet eã vbi petitur. Si verò leges mihi aliquid in põdere vel mẽſura: puta. x. corbes frumenti vel vini: tũc ſolui debet ibi vbi eſt maior pars hereditatis: aliàs vbi heres habet domiciliũ: quia alibi peti non poteſt. Hęc vera ſunt ſi actione ex teſtamẽto agitur. ſi autem per act. in rem: tũc ibi petetur vbi eſt maior pars heredi. vel vbi heres domicilium habet: & etiã vbi res eſt, ſiue ſit mobilis. ſiue immobilis: tunc agat legatarius ad exhibendum: & extunc vindicat eam legatarius ab herede.

Quod legatur, [a] ſi quidẽ per perſonalem actionẽ [b] exigetur, ibi dari debet vbi eſt: [c] niſi ſi dolo malo [d] heredis ſubductũ fuerit. tũc enim ibi dari debet vbi petitur. Præterea [e] quod põdere aut numero aut mẽſura continetur, ibi dari debet vbi petitur: [f] niſi ſi adiectum fuerit, *centum modios ex illo horreo,* [g] *aut vini amphoras ex illo dolio.* [h] Si autem [i] per in rem actionẽ legatum petetur, etiã ibi [k] peti debet vbi res eſt. & ſi mobilis [l] ſit res, ad exhibendum agi cũ herede poterit vt exhibeat rem. ſic enim vindicari à legatario [m] poterit.

Valet quod fit coram iudice furioſo tempore quo habet dilucida interualla: nec poteſt furoris tempore pronuntiare. Barto.

XXXIX. PAPINIANVS *libro tertio Quæſtionum.*

Cum furioſus iudex addicitur: [n] * non ideo minus iudicium erit, quòd hodie non poteſt iudicare: vt ſcilicet ſuæ mentis effectus quod ſentẽtiæ dixerit, ratũ ſit. neque [o] enim in addicendo * præſentia vel ſciẽtia iudicis [p] neceſſaria eſt. Qui legationis cauſa Romam venit, ex qualibet cauſa fideiubere poteſt: cũ priuilegio [q] ſuo, cùm ſit in Italia [r] contractũ, vti non poteſt.

Non omne quod iudex poteſt, neceſſe habet facere. Bartolus.

XL. IDEM *libro quarto Quæſtionum.*

Non quicquid † iudicis poteſtati permittitur: id ſubijcitur iuris neceſſitati. [ſ]

Iudex qui omittit id quod facere debet, punitur. Bartolus.

Iudex ſi quid aduerſus legis pręceptum in iudicando dolo malo prætermiſerit, [t] legẽ offendit. [u]

Qui tenentur ad diẽ vel ſub cõditione, poſſunt cõueniri ad præſtandum cautionem. Bartolus.

*Cum furioſus.*] CASVS. Titius fuit delegatus, & cum non eſſet ſufficiens, alius iudex furioſus adiectus fuit: & ſic quieſcẽte furore tulit ſententiam. quæritur an quod pronuntiauit ratũ habendũ ſit? Et dicitur ꝙ ſic. Videbatur ꝙ non: cum ipſe foret datus eo tempore quo nullum conſenſum haberet. Sed illud non ob. cum eius præſentia non ſit neceſſaria: quia & dari poteſt. & ſic quod pronũtiauit, ratum habẽdum eſt. [QVI LEGATIONIS.] Si aliquis dũ eſſet Romæ in legatione, fideiuſſit: & eo exiſtente in legatione cœpit conueniri ex ea fideiuſſione: quæritur an poſſit? Et reſpondetur quòd ſic poteſt. Viuianus.

† Exẽplum eſt. l. 1. quomodo & quando iudex ſent. l. 1. C.

* additur adiicitur.

Legatario tres actiones dantur.

a *Quod legatur.* ſcilicet in ſpecie.

b *Actionẽ.* ſ. ex teſtamẽto. nã tres actiones dãtur legatario: ex teſtamẽto, & in rẽ, & hypothecaria: vt hîc, &. C. cõmunia. de le. l. j.

c *Vbi eſt.* etiam ſi actor ſua impenſa & periculo velit rem perferri ad locum vbi agit. ſecus in rei vind. & actione ad exhiben. vt. ȷ̃. de rei vin. ſi res. &. l. niſi. & infra ad exhiben. ſed & ſi. §. j. & ſecundum quoſdam idem in cauſa bo. ſi. iudicij, quod in rei vin. vt infra depoſiti. ſi in Aſia. §. j. Accurſius.

d *Dolo malo.* vel culpa: vt infra de leg. j. cum res. §. itaque.

e *Præterea.* ſ. dixit quando fuit relictum in ſpecie: nunc quando in quantitate.

f *Vbi petitur.* legitimè: id eſt vbi peti debet: quod eſt in duobus locis: vt infra eo. ſi fideicommiſſum. in. j. reſpon. &. §. penult.

g *Ex illo horreo.* & ſi apparet quòd teſtator ibi voluit ſolui.

h *Dolio.* aut ſpecies: & tunc vbi eſt. aut genus: & tunc vbi eſt maior pars hereditatis, vel heres habet domiciliũ. aut incerta ex certis: vt hîc.

i *Si autem.* redit ad primũ caſum. ſ. quando legatum eſt relictũ in ſpecie: & quæritur vbi peti debet: quia. ſ. dixit vbi debet pręſtari.

k *Etiam ibi.* non ſolum vbi heres habet domicilium, vel vbi eſt maior pars hereditatis.

l *Si mobilis.* nã ſi immobilis, ipſa ſe exhibet: vt. C. quando & qui. quarta pars. l. ij. Accurſius.

Legatũ vbi ſolui & peti debeat.

m *A legatario.* i. legatarius poteſt vindicare. Et vt plenè ſcias vbi ſit ſoluendũ, & vbi petendũ: dic in primis, ꝙ ibi ſoluendũ eſt vbi teſtator voluit: vel ibi vbi veriſimile eſt ex verbis ſuis: vt hac. l. §. præterea. vel ex genere cõparationis: vt. ȷ̃. eo. ſed & ſi. §. ſi libertis. &. ȷ̃. de le. j. cũ res. §. ſed ſi res alibi. Si verò nõ appareat, diſtingue: an legatũ ſit in genere, an in ſpecie. ſi in genere, præſtari debet vbi petitur. i. vbi heres tenetur reſpondere: hoc eſt vbi domiciliũ habet heres: & vbi maior pars hereditatis eſt: vt in hac. l. §. pręterea. &. ȷ̃. eo. ſi fideicõmiſſum. in princ. &. § penul. Io. tamẽ dixit, quòd heres ſemper habet exceptionem vt non alibi cogatur præſtare, quàm vbi eſt maior pars hereditatis. & ſic non cõuenitur vbi habet domiciliũ: quod non placet, ſecundũ Ir. Si in ſpecie, indiſtinctè ibi præſtari debet vbi eſt: vt. ȷ̃. eo. ſed & ſi. §. ſi ea. & de leg. j. cũ res. §. j. Vel vbi dolo heredis ſit aliò tranſlata: vt hac. l. j. reſpon. in fin. Vel niſi fortè ſuis expenſis velit actor alibi rem ſibi tradi ad inſtar rei vindi. licèt quidam dicant aliud hîc. Item hæc vera ſunt omnia, niſi heres alibi cœpit ſoluere: vel alio modo ſuo beneficio renuntiauit: vt. ȷ̃. eo. ſi fideicommiſſum. §. fin. &. l. ſeq. §. j. In petitione autem diſtingue ſimiliter, an in ſpecie vel in genere relinquatur. Si in ſpecie, ſi quidẽ agitur perſonali actione, in duobus locis cogetur reſpondere. Primo vbi habet domiciliũ, & vbi maior pars hereditatis eſt: vt. ȷ̃. eo. ſi fideicommiſſum. j. reſpon. §. penult. Si verò rei vin. in prædictis duobus & in tertio conuenitur loco. i. vbi res eſt: vt hîc diſtinguatur, in rem vel in perſonã agatur quantũ ad conuentionẽ, non quãtum ad præſtationẽ. nam quacũq; actione agat, præſtatur vbi eſt. Si autẽ in genere, idẽ eſt quod eſſet ſi relictũ eſſet in ſpecie, & perſonali actione ageretur, excepto eo quòd vbi eſt in genere relictũ, vbi petitur, ibi prȩſtabitur. Ac.

adiiciẽdo.

n *Adijcitur.* quod hîc dicitur in adiectione, eſſet etiam ſi ſolus furioſus datus eſſet: dum tamen non ſit perpetuò furioſus: quia tunc iudex eſſe non poteſt: vt. ſ. eo. cum prætor. §. nõ autem. nec arbiter: vt. ſ. de arbi. ſed & ſi in ſeruum. §. j. quæ eſt contra. Vel dic arbitrum non poſſe eſſe furioſum etiam ſi habeat dilucida interualla: quia arbiter ſuis partibus debet fungi, nõ datis extrinſecus dilationibus propter ſuas neceſſitates: iudex verò habet talem legalem dilationem, cum ipſe iuriſdictionem habeat, arbiter nõ: vt infra de re iudica. l. ait prætor licèt in multis ſimilia ſint iudicia & arbitria: vt ſupra de arbi. l. j.

o *Neque.* videbatur furioſus abſens & ignorãs, & vtique eſt: ſed hoc non nocet: neque enim, &c.

p *Vel ſcientia iudicis.* nam cum inuitus cogi poſſit: vt. C. de aduo. diuer. iudicio. l. ſancimus. &. ȷ̃. de mu. & ho. l. munerum. §. iudicandi. ergo & ignorans: vt. ȷ̃. de regu. iur. qui poteſt. & facit infra de leg. ij. cum pater. §. ſurdo. & infra eo. iudex. Accurſius.

q *Priuilegio.* quod datur ad reuocandum domum.

r *In Italia.* i. Romæ, vt poſuit, quæ eſt caput Italiæ. ſecus fortè ſi non Romæ, ſed in alia parte Italiæ eſſet contractum: vt. ſ. eo. l. ij. §. omnes ſecundum Azo. Et nota hîc ipſo facto renuntiari priuilegio. ſed cõtra. ſ. qui ſatiſd. cog. l. ſi fideiuſſor. & ſi quis in ius vocatus. l. j. Sol. ibi renuntiatio eſt neceſſaria, propter priuilegium quod habet vt ſub certis perſonis conueniatur. hîc non, propter priuilegium quod habet ne conueniatur in eo loco.

Roma caput eſt Italiæ.

*Non quicquid.*] CASVS. Multa poteſt iudex facere quæ non cogitur facere: quia permiſſum eſt iudici abſente condemnare: non tamen cogitur. Vel dic vt in glo. Accurſius. [IVDEX.] Si iudex qui inter aliquos cognoſcit, cum in ſortem condemnauit, dolo fecit quo minus in expenſis cõdemnaret: talis iudex legem offendit. Viuianus.

ſ *Neceſſitati.* nam abſentem damnare poteſt: ſed non habet neceſſe: [b] vt. C. quomodo & quando iu. l. j. Sed hodie compellitur iudex procedere, & damnare vel abſoluere etiam abſentem: vt C. de iudic. properandum. §. j. Item pone exemplũ in authen. de iudi. §. oportet. colla. vj. Item poteſt poni in principe: vt ſupra de leg. & ſenatuſcon. princeps. &. ȷ̃. de leg. iij. ex imperfecto.

b] Iſta exẽpla gl. parũ ſunt vtilia. & pone exemplum in iuramento in litem & in actionibus contrariis. Pau.

t *Prætermiſerit.* vt quis non condemnauit victum victori in expenſis: vt. C. de iudi. properandum. §. fin autem. vel fructus reſtitui non præcepit: vt. C. de fruct. & lit. expen. l. penult. Accur.

u *Offendit.* ideoque punitur: vt dicta. l. properandum. & ſupra eo. l. ſi filius.

*In omnibus*

I*N omnibus.*] CASVS. Titius mihi aliquid ſub conditione debebat, vel mihi legatum ex certo tempore debebat. nunquid poſſum eum cogere vt caueat de dãdo mihi tempore vel conditione adueniente?Et dicitur quòd poſſum.& debet cautio interponi:quamuis non poſſum eum cogere vt caueat mihi de dãdo, vel ad ſolutionem faciendam. Viuianus.

a *In omnibus bonæ fidei.* ſic vt hîc, &. s̃. qui ſatiſd.cogã.inter omnes. &.j̃.de peti.here.quòd ſi in diem.&.j̃.de euic. l.ij.&.j̃. pro ſocio.l. ꝑ ſocio.Et in his quæ bonæ fidei iudicia imitantur: vt in legatis & fideicõmiſſis:vt.j̃. ſi cui plus quàm per le.Fal.l. j.in princ.&.j̃.vt le.vel fideicom. nomine caue. per totum. Item in ſtricti iuris iudiciis: vt j̃.de condi.cau.dat.l. ſi pecuniam.§.ſi ſeruum. verſic.ꝙ ſi fugit.ibi,plane repromittere. s̃. & quod metus cauſa. l. ſi cum ex. §. quòd ſi homo.&. j̃. de rei vin.l.ſi à bonæ fidei. & infra de dam. infec. prætor. &.j̃. de pig. l. grege. §. ſi ſub conditione. Sed contra primum eſt C. de here. vel act. ven. l. ij.Solu.ibi ſatiſdari petebat, non caueri tantùm:&ideo non auditur.Item ſimiliter contrarium ad primum. j̃. depoſit.l.ſi ſine.Sed ibi non erat obligatus depoſitarius: imò liberatus amiſſione ſpeciei. Vel ſpeciale in depoſito. Itẽ in iudicio ſtricti iuris contrarium eſt. j̃. de condic.cau.da.l.dedi.j.reſpon.Sed ibi ſpeciale.Vel dic non eſſe cauendum in ſtricti iuris iudiciis regulariter,niſi in caſibus prædictis.Accurſius.

* Sumptum ex.l. ſi teſtamento.de fideiuſſo. Duar.

XLI. IDEM *libro vndecimo Quæſtionum.*

A I N omnibus bonæ fidei [a] iudiciis,cum nõdum dies præſtandæ pecuniæ venit, ſi agat aliquis ad interponendam [b] cautionem, ex iuſta cauſa [c] condemnatio fit.

XLII. IDEM *libro vicenſimoquarto Quæſtionum.*

B S I vxor à legato [d] Romæ diuerterit:dotis nomine defendendum Romę virũ reſponſum eſt. [e]

Qui promiſit aliquid certo loco,poſt moram poteſt vbiq; conueniri.Bartolus.

XLIII. IDEM *libro vicenſimoſeptimo Quæſtionum.*

E Vm* qui inſulã Capuæ fieri certo tẽpore ſtipulatus eſt: co finito quocunq; [f] loco agere poſſe in id quod intereſt [g] conſtat.

Si iudicium contra plures inceptum eſt ſimul: poteſt reſpectu vnius ſententiari,reſpectu aliorum differri.Bartolus.

XLIIII. IDEM *libro ſecundo Reſponſorum.*

C N On idcirco iudicis officium impeditur,ꝙ quidã ex tutoribus poſt litẽ aduerſus omnes inchoatam reipublicæ cauſa abeſſe cœperũt:cum præſentium, & eorum qui non defendũtur,adminiſtratio diſcerni [h] &ęſtimari poſſit.

Quacunque parte iudicij litigator detegatur ſeruus,iudicium eſt nullum.Bartolus.

b *Interponendam.* ſcilicet ſatiſdationem:vt.s̃.eo.ſi debitori.

c *Ex iuſta cauſa.* quæ eſt in arbitrio iudicis:vt.s̃. qui ſatiſdare cogan.l.ſi fideiuſſor.§.fin.aliàs autẽ ſi non cautio, ſed debitum ante diem petatur,duplicãtur induciæ:vt inſti.de excep.§.hodie. Acc.

S *I vxor.*[ CASVS. Titius cum Romæ eſſet, & cauſa legationis ſuam vxorem duxit:& ſic eo exiſtente in legatione factum eſt diuortiũ inter eos:nunquid ſi maritus conueniatur ibi ab vxore, debeat ibi ſe defendere?Et dicit quòd ſic. vel pone caſum quãdo Romæ accepit vxorem.

d *Si vxor à legato.*marito,cum quo venit.

e *Reſponſum eſt.* hoc ideo ſecundum Azo. quia Romæ contrahi cum illa videtur,cum ibi fiat diuortium: quod non placet. nam eadem ratione qui promiſit in prouincia ſub cõditione quæ extitit Romæ,videtur ibi contraxiſſe:quod eſt falſum:vt argu.j̃.de verb.obl.ſi filius.Dic ergo quòd hic Romæ accepit vxorem. Vel ſpeciale eſt in dote.ſic.s̃.quod me.cau.l.ſi mulier.§.ſi dos.

E *Vm qui.*] CASVS. Titius mihi domum Capuæ promiſit facere certo tempore,puta hinc ad annum: & tempus trãſiuit domo nondum facta,poſſum eum conuenire vbi promiſit facere eam:vel ibi vbi habet domicilium.& hoc eſt quod dicit, quocunque loco,idoneo tamẽ. plus dicit quòd vbique poteſt ad intereſſe agere.Viuianus.

f *Quocunque loco.* ſ.idoneo: habita. ſ. ratione domicilij & obligationis:vt.s̃.eo.heres.§. fi. ſecundum Io. ſed ſecundum Pla. nulla habita:vt ar.pro eo.j̃.de conſti.pe.l.ſi duo. §. j. &. j̃. de eo quod certo loco.l.j.Sed ibi ſemper ſubauditur,idoneo.Accur.

g *Intereſt.*quotiens enim factum ſtipulamur, intereſſe venit: vt infra de re iudi.l.ſi quis ab alio.§.ſi quis.&de verb.oblig.quotiẽs quis.iij.in princ.Accurſius.

A N*On idcirco.*] CASVS.Plures erãt tuto.pupilli:quidã Italicus, quidã prouincialis:ſi pupillus velit omnes cõuenire,& aliquis abſit,aliquis ſit præſens:non impeditur iudiciũ quo minus cognoſcat iudex:imò procedi poteſt.Vel dic aliter ꝙ cõtra tutorẽ minor finita tutela pro mala admini.agere cœpit,& lis conteſta.eſt:puta erãt tres,& ſic duo ſe abſentauerunt: poterit quidẽ iudex procedere. [CVM POSTEA.]Seruus meus cœpit experiri contra debitorẽ, vel per procura.egit vt liber:nunquid eſt abſoluẽdꝰ debitor ſi apparuit poſtea ſeruus?Et dicit ꝙ abſoluẽdus eſt ab obſeruatione iudicij.nõ minus potero ego dominus agere poſtea aduerſus debitorẽ meũ. Vi.

Cum poſtea ſeruus apparuit,cuius nomine per procuratorẽ fuerat actũ:abſolui [i] debitorẽ oportet.quæ res [k] domino quãdoque propriã litẽ [l] inferẽti nõ obſtabit.

Dilatio danda eſt ex iuſta cauſa, & non aliter.Bartolus.

LXV. IDEM *libro tertio Reſponſorũ.*

B A Rgentarium vbi contractũ eſt conueniri oportet: nec in hac dilationem niſi ex iuſta cauſa [m] dari,vt ex prouincia codices adferantur,Idem in actione tutelæ placuit. [n]

Sentẽtia lata per iudicem vnius terræ, poteſt mandari executioni per iudicem alterius terræ. Barto.

Nomine puellæ tutoribꝰ in prouincia cõdẽnatis, curatores puellæ iudicatũ Romæ facere coguntur,vbi mutuam pecuniam mater accepit, [o] cui filia heres extitit.

C Furor nõ tollit iuriſdictionem, ſed impedit exercitium.Barto.

XLVI. PAVLVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

I Vdex datus in eodem officio permanet, licèt furere cœperit: [p] quia rectè ab initio iudex addictus † eſt:ſed iudicandi neceſſitatem morbus * ſonticus remittit:ergo mutari debet. [q]

Petitus à parte vna, nõ eſt dandus iudex:niſi ſit cauſa. Barto.

XLVII. CALLISTRATVS *libro primo Quæſtionum.*

h *Diſcerni.*maximè.nã idẽ ſi nõ poſſet diſcerni, cũ quilibet eorum poſſit cõueniri inſolidũ, vt dicit ipſa rub. [a] C.ſi ex pluribus tut.vel cur.Arg.contra prædicta.s̃.de neg.geſt. eum actum.ſed P.poſuit caſum indubitabilem. & hoc intelligas primò, ꝙ tutores cõueniebantur nomine pupilli à creditore pupilli:& dices non differtur lis.ſ. pro parte præſentium quãdo fuit adminiſtratio diuiſa,vel etiam nõ diuiſa:ſed viriliter fuerunt cõuenti. ſi autem non fuit diuiſa,& inſolidũ conuenti ſunt,tũc nõ differtur in totum. Si autem dicas tutores cõueniri à pupillo: tũc planè intellige literam iſtam vt ſonat iiſdem tribus modis.

a] No.qualiter licitum eſt ar. ſumptũ ex verbis rubricæ.

l.j.s̃.de poſtul.

† additus.

* Ex 12. tabulis l 2.s̃. ſi quis cautio. ſonticũ Gręci interpretãtur perpetuum.

D

i *Abſolui.*[b] ab obſeruatione iudicij:vt arg.C.de procu.licèt.

k *Quæ res.*id eſt talis abſolutio.

l *Litem.*ſcilicet ad debitum:vt. C. de pac.ſeruus. Vel dic ſi velit in ſeruum illum petere:& tũc dices quæ res,ſcilicet quòd ſic egit per procuratorem vt liber.Accurſius.

b] Bald. hîc dicit iſtam glo. ſing. ad hoc quod ſi iudiciũ fuerit contra aliquem agitatũ, proſequente falſo vel illegitimo procuratore, debet reus abſolui ab obſeruatione iudicij, & ſic ab ipſa inſtãtia: nõ autẽ definitiuè. Bol.

A *Rgentarium.*] CASVS.Aliquis Mutinẽſis Bononię argentariã vel tutelam egit,& cum quibuſdã ille argentarius cõtraxit. quare quæritur vbi cõueniendus ſit?Et dicitur ꝙ vbi adminiſtrauit.i.Bononiæ: nec datur dilatio niſi ex iuſta cauſa. Et videbatur ꝙ non.nam actor ſequi debet forũ rei.[NOMINE.]Quidã prouincialis accepit quãdam vxorẽ Romanã:& ſic filiã cõmunẽ habuerũt:quæ mulier.i.mater puellę Ro.mutuã pecuniã accepit.& ſic ambo parẽtes deceſſerũt filia herede inſtituta: cui pater dedit tutores.& tutores cõdemnati ſunt in prouincia ratione domicilij.ea facta adulta, & habente curatores, cum eſſent Romæ creditores,volebant eos conuenire.quæritur an Romæ poſſint conueniri,an in prouincia fiat executio?Et dicitur quòd Romæ. E

m *Ex iuſta cauſa.*quæ cauſa eſt vt ex prouincia,&c.

n *Placuit.* vt reſpondeat tutor vbi adminiſtrauit: vt ſupra eod. heres.§.j.&.l.interdum.§.fi.

o *Accepit.*videbatur agi vbi eſt iudicatum, quaſi ſit ibi renouatus contractus:vt.C.de vſu.rei iu.l.fi.§.pe. Et not. hîc quòd alibi datur ſententia,& alibi executioni mãdatur: vt infra de re iudi. à diuo Pio.§.j.

I *Vdex.*] CASVS. Si iudex ſanæ mẽtis ſit cũ datur,poſtea efficiatur furioſus,remanet iudex:quia,&c.ſed ſi furor eũ nõ permitteret iudicare,remouẽdus eſſet:& alius iudex deberet delegari.

p *Cœperit.*poſtquã fuit iudex,aliàs nec ab initio fuiſſet iudex: vt ſupra eo.cum prætor.§.non autem.

q *Debet.* ſi longius ſpatium ſit proceſſurum vel interceſſurum: vt ſupra eo.l.ſi longius.

UNED

A

OBſeruandum eſt ne is iudex detur, quem altera pars nominatim petat. id enim iniqui exempli eſſe a diuus Hadrianus reſcripſit: niſi hoc ſpecialiter à principe ad verecundiam b † petiti iudicis reſpiciente permittetur.

Qui ſunt in maiori magiſtratu, durante officio conueniri nõ poſſunt. Bartolus.

B

XLVIII. PAVLVS *libro ſecundo Reſponſorum.*

PArs literarum diui Hadriani: τοὺς ἄρχοντας ἐν ᾧ ἄρχουσιν ἐνιαυτῷ μήτε εἰσιέναι δίκην ἰδίαν, μήτε διωκόντων, μήτε φευγόντων, μήτε περὶ ὧν ἐπίτροποι ἢ κουράτορες εἶεν κρινέτωσαν. Ἐπειδὰν δὲ ἐξήκῃ ἡ ἀρχή, καὶ αὐτοῖς πρὸς τοὺς φεύγοντας, καὶ τοῖς φεύγουσι πρὸς αὐτοὺς εἰσαγωγίμους εἶναι τὰς δίκας [.i. * Magiſtratus c † quo anno cum imperio ſunt, neque propriam, neque eorum quorum tutelam vel curam gerunt, cauſam in iudicio vel agendo vel defendendo ſuſtinento. Simul ac verò magiſtratus dies exierit, non ipſis tantùm aduerſus reos ſuos, ſed etiam aliis aduerſus ipſos litem intentare ius fáſque eſto.]

C

Qui venit ad alium defendendum, non poteſt allegare priuilegium ſui iudicis. Bartolus.

XLIX. IDEM *libro tertio Reſponſorum.*

VEnditor * ab emptore denunciatus vt eum euictionis nomine defenderet, dicit ſe priuilegium habere ſui iudicis. d quæritur an poſſit litem ab eo iudice apud quem res inter petitorem & emptorem cœpta eſt, ad ſuum iudicem reuocare. Paulus reſpondit, vẽditorem emptoris e iudicem ſequi ſolere. f Iudices à præſide dati ſolent etiam in tempus ſucceſſorum eius g durare, & cogi h pronuntiare, eáſque ſententias ſeruari. In eundem ſenſum etiam Scæuola reſpondit.

Heres non cogitur reſpondere niſi vbi eſt maior pars hereditatis. Bartolus.

L. VLPIANVS *libro ſexto Fideicommiſſorum.*

SI fideicommiſſum i ab aliquo k petatur, l íſque m dicat alibi eſſe maiorem partem hereditatis, non erit ad præſtationem compellendus. & ita multis conſtitutionibus cauetur, vt ibi petatur fideicommiſſum, vbi maior pars hereditatis eſt: niſi ſi probetur eo loco voluiſſe n teſtatorem fideicommiſſum præſtari, vbi petitur.

Aes alienum, totum patrimonium reſpicit: niſi ſit alicui onus rei iniunctum. Bartolus.

D

Tractatum eſt de ære alieno, ſi in ea prouincia vbi fideicommiſſum petitur, plus eſſet æris alieni: an quaſi maior pars

a *Obſeruandum eſt. Iniqui exempli eſſe.* quia videtur ſuſpectus: vt.s. de procu. quæ omnia. & .j. de fal. vxoris. §. j. Et not. quòd vitatur malum exemplũ: vt. j. de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. & C. de proba. exemplo. ſed videtur dari: vt. C. de lit. conteſt. auth. offeratur. quæ eſt contra. & in decre. xj. q. j. iudices. Sol. ibi petit alteri⁹ volũtate: quod poteſt fieri: vt. C. de ſenten. auth. & conſequenter. ibi, aliúſque meretur, &c. Vel ibi fuit datus ad verecũdiã petẽtis iudicis. Vel diſtingue melius, an altera pars ſit præſens, & tunc obtinet hæc. l. an nõ: & tũc contraria. & ſic ſeruatur in curia Romana.

† Nota ex iſto text. cum gl. ſecũdum Bald. quòd verecundia eſt alicui eũ repelli vt ſuſpectum. cõcor. text. in l. teſtamento Centurio. j. de manu. teſta.

b *Verecundiam.* Nota deferri alicui vt nõ verecũdetur: vt. C. qui & aduer. quos. l. fi. in fin. Accurſius.

P*Ars literarũ.*] CASVS. Titius cũ eſſet in magiſtratu poſitus, volebat cõueniri ab aliquo, vel aliquem conuenire: an poſſit, quæritur. Et dicitur ꝙ non durãte magiſtratu, ſed eo finito poteſt cõuenire & conueniri.

* Alciati verſio lib. 4. diſpũ. c. 6. Vide Ant. Aug. li. ſingulari ad Modeſtinũ, quis dicatur ἄρχων.

† Interpretatio. Magiſtrat⁹, in quo ſunt anno magiſtratus, non ingrediantur proprium Iudicium, neque perſequẽdo neque fugiẽdo, nec de his rebus, de quibus tutores fuerint & curatores iudicent. Cum exierint magiſtratu & ipſis aduerſus fugiẽtes, & fugiẽtibus aduerſus ipſos introducẽda ſunt iudicia. Bulgarus. ita reperi in manuſcript. Contius.

c *Magiſtratus.* quidam habẽt extra hãc Græci interpretationẽ. & hĩc incipit, magiſtratus, &c. & eſt vera. l. iſta in maioribus magiſtratibus qui nõ poſſunt vocari in ius durante magiſtratu: vt hĩc, & ſupra de in ius vocan. l. ij. & .j. iud. ſolu. ſi reus. & .j. de adult. l. ſi adulteriũ. §. fi. Sed quid de minoribus? idem videtur per l. iſtam. Sed cõtra. j. de iniur. l. nec magiſtratibus. & .j. ad. l. Aquil. quemadmodum. §. magiſtratus municipales. & ſupra ex quibus cau. ma. l. vt ſunt. Solu. quidam dicunt hanc corrigere illas: quia hæc imperatoris ſit. ſ. diui Hadriani. quod nõ placet. dic ergo quòd conueniuntur minores. Sed ſecundum hoc quid adiicit. l. iſta illi legi. ij. de in ius voc? Reſpon. hæc dicit quãdo conueniunt & conueniuntur: illa de in ius vocan. tantum vbi conueniuntur. ſed & maiores conueniri poſſunt ſi in ſuo officio delinquant: vt. C. ad. l. Iul. re. l. iubemus. & in authen. vt dif. iud. §. ſi tamẽ, coll. ix. & in authen. vt iu. ſine quo. ſuf. §. illud. col. ij. quę ſunt contra. Item contra. C. vbi ſena. vel cla. l. ij. Sed ibi loquitur de illuſtribus dignitate, & non adminiſtratione. & dic magnum magiſtratum, qui habet merum imperium: paruum, qui iuriſdictionem tantùm ſimplicem. Accurſius.

V*Enditor.*] CASVS. Titius Bonoñ. vendidit equum quẽdam Mæuio Mutineñ. & ſic cœpit quidam experiri rei vindi. contra Mæuium nomine illius equi: & ſic Mæuius emptor Titio vẽditori denuntiauit vt eum defenderet. quæritur vbi defendere teneatur, an Mutiñ. vel Bonoñ? Et dicit quòd mutinæ. [IVDICES.] Duobus quidam à præſide delegatus fuit vt inter eos cognoſceret. & ſic litem coram eo conteſtati fuerunt. lit. pen. præſes qui eum delegauit, deceſſit: & alius præſes in locum eius eſt conſtitutus, id eſt ſubſtitutus. quæritur, an ipſe ſecundus præſes poſſit iudicem illum delegatum cogere inter partes pronuntiare. Et dicit quòd poteſt.

d *Iudicis.* qui eſt eiuſdem vel alterius fori. Accurſius.

e *Emptoris.* quia coram eodẽ iudice coram quo conuenitur emptor pro re empta, debebit venditor eum defendere.

f *Solere.* ſcilicet caſu prædicto duplici ratione: quia ibi iudicium cœptum eſt: vt. s. eo. vbi. & quia quaſi procurator eſt emptoris. vnde in ſuo tribunali debet eum defendere: vt ſupra de procu. ſed & hæ. §. non ſolùm. nam emptor conuenitur, non venditor: vt ar. C. vbi in rem act. l. j. Et ſic fortè de rebus venditoris ſatisfiet: vt argu. C. vbi de cri. agi opor. authen. qua in prouincia. ADDITIO. Intellige gl. quando vltra reſtitutionem rei eſſet condemnatus ad expẽſas, vel ad æſtimationẽ fructuum. nam tũc intereſſe recuperat emptor à venditore. Pau.

* Cõcor. l. 1. C. vbi in rẽ actio.

g *Eius.* ſ. præſidis.

h *Et cogi.* non ab eo qui delegauit: b vt ſupra de iure. om. iud. l. qui eum. §. j. quæ eſt cõtra. ſed à ſucceſſore: vt hĩc, & ſic ſeruatur Bononię, vt magis ex confirmatione ſecundi, q̃ delegatione primi, iudex remanſiſſe videatur ſi ſaltẽ citauit. Alij diſtinguũt, & bene, an erat lis conteſtata, & tunc duret. an non: & tunc non duret: vt not. ſupra de iuriſ. om. iudi. & quia. Item nõ eſt cõtra. j. eo. l. iudicium. j. reſpon. quia plus operatur prohibitio, quàm mors. Accur.

b ] Tu dic quòd imò ſi ſint de ſubditis delegãtis. l. 1. C. qui ꝓ ſua iuriſdic. Pau.

S*I fideicom.*] CASVS. Titius fecit teſtamẽtum: & in eo ſcripſit Mæuium heredem: & Sempronio aliquid legauit: puta in genere. Sẽpronius vbi eſt maior pars hereditatis, vel alibi quàm vbi heres habeat domicilium legatum vel fideicõmiſſum petit: nunquid ibi conueniendus eſt heres? Et reſpon. quòd non, niſi prædictis locis, id eſt vbi cõuenietur heres. & ibi petetur fideicõ. vbi eſt maior pars here. & vbi habet domicilium. Hæc vera ſunt niſi teſtator iuſſerit dari vbi petitur: nam tunc conuenitur ibi heres, licèt non habeat ibi maiorem partem here. & licèt non habeat ibi domicilium. [TRACTATVM.] Titius Mæuium heredem inſtituit, & Sempronio legatũ reliquit, nullo loco deſignato à teſtatore in quo deberet ſolui fideicõ. qui Titius defunctus duobus locis ſuũ patrimonium habebat. Romæ maior pars patrimonij erat. ſed Romæ tenebatur prædictus teſtator, id eſt Titius: & cum heres conueniretur à fideicom. vel legatario Romæ vbi erat maior pars patrimonij, heres excipiebat dicens non eſſe ibi maiorem partem here. deducto ære alieno. Ad quod reſpon. quòd non eſt audiẽdus heres: cum æs alienum vtrumq; patrimonium tam Capuanum quàm Romanũ comprehendat. Sed ponamus quòd illud patrimoniũ quod erat Romæ ibi cõueniebatur, maius erat illo quod erat Capuæ: ſed Romanum tamen erat grauatum: quia ex eo tributa præſtabantur vel alimenta, & tributis vel aliis deductis minus erat quàm Capuanum: nũquid hĩc habet locum excep? Et reſpon. quòd ſic. ſed an ibi tantùm vbi maior pars hereditatis eſt, heres conueniatur: an & vbi domicilium habet? Et dicit quòd nõ ſolùm ibi vbi maior pars hered. eſt, conuenitur heres: ſed etiam ibi vbi domicilium habet. Viuianus.

E

i *Si fideicommiſſum.* relictum in genere.

k *Ab aliquo.* herede paſſiuè.

l *Petatur.* ſcilicet alibi quàm vbi ſit maior pars hereditatis: vel quàm vbi heres habet domicilium: ne obuiet. j. ea. l. §. pen.

m *Iſque.* ſcilicet heres à quo petitur fideicommiſſum.

n *Voluiſſe.* quod ex verbis vel ex comparationis genere præſumitur: vt ſupra eo. quod legatur. §. præterea. & .l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſi libertis.

*Præſcriptio.*

a *Præſcriptio*.id eſt exceptio.
b *Facultatum*.vt hîc,&.ꝟ.de do.præ.l.j.§.ſed quod diximus.&ad Treb.l.j.§.ſi heres.&.l.cogi.§.inde quæritur.ſic nec augeret:vt.ꝟ. de leg.ij.Gaius.
c *Romæ*.id eſt ex prædiis Romanis.

A quia videtur teſtatoré voluiſſe libertis ſuis Ro.fieri ſolutionem, cum dicit teſſeras frumentarias,cum alibi non reperiantur,ex tali genere comparationis, vnde heres Romæ conueniri poteſt. Vel ſecundò poteſt intelligi iſte.§.quòd legauerat ſuis libertis in alimenta ſummam frumenti: & id verius eſt.[SED ET SI.] Titius quibuſdam clariſſimis viris Romanis duo pondo auri legauit:cum & alibi ſit maior pars heredi.an poſſint heredé Romæ cõuenire? Dicitur quòd ſic: quia videtur teſtatorem voluiſſe ibi fore præſtandum,ſi tantum eſt patrimonij Romæ quod ſufficiat legato. [SI EA RES.] Dictum eſt.ꝫ.quando aliquid relictum fuit in genere, quòd ibi eſt præſtandum vbi maior pars here. eſt. ſed quid ſi in ſpecie legatũ conſiſtat,cum ſit res mobilis,vel ſe mouens, vt equus,bos,& ſimilia:ſiue immobilia: vt fundus,domus, & ſimilia: & ibi petatur vbi eſt:& heredes dicant alibi fore maiorem partem hereditatis. an audiẽdus ſit? Et dicitur quòd non. Sed pone quòd nõ petit legatarius vel fideicõmiſſarius rem legatã in ſpecie vbi eſt: ſed vt præſtetur ei ſatiſdatio de ea reſtituenda adueniente termino à teſtatore ſtatuto:& alibi dicat heres fore maioré partem here. an audiendus ſit heres? Et reſpõ. quòd non. ſed ſi non ſatiſdederit,mittendus erit in poſ. illius rei le-

alibi eſſet, præſcriptio [a] locum haberet. Sed & hîc placuit nihil facere æris alieni nomen,cum non loci ſit æs alienum, ſed vniuerſarum facultatium: [b] æs enim alienum patrimonium totum imminuere conſtitit, non certi loci facultates. Quid tamen ſi fortè certis oneribus deſtinatum ſit id patrimonium? vtputa alimentis præſtandis quæ Romæ [c] præſtari paterfamilias iuſſerat, vel † tributis, vel quibuſdam aliis inexcuſabilibus oneribus: an poſſit præſcriptio locum habere? hîc putem [d] iuſtius dici locum habere. B

Heres poteſt conueniri vbi proprium domicilium habet.

Sed & reſcriptum eſt, vt illic fideicõmiſſum petatur, vbi domicilium [e] heres habet.

Exceptioni fori quis videtur renuntiare incipiendo ſoluere, vel paciſcendo, vel iudicium ſuſcipiendo. Bartolus. C

Quotiens autem cœpit quis fideicommiſſum ſoluere, nõ poteſt hac præſciptione [f] vti:

LI. MARCIANVS *libro octauo Inſtitutionum*.

QVamuis ad eum hereditas fuerit deuoluta,qui domicilium in prouincia [g] habet. Sed & diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt,ſi conſenſerit fideicõmiſſarius [h] alio loco dare:neceſſe habere ſecundum conſenſum dare vbi conſenſerit.

LII. VLPIANVS *libro ſexto Fideicommiſſorum*.

SEd & ſi ſuſcepit [i] actionem fideicommiſſi, & aliis defenſionibus vſus hanc [k] omiſit:poſtea quamuis ante ſententiam reuerti ad hanc defenſionem non poteſt. [l]

Si ex qualitate rei relictæ, vel perſonæ eius cui relinquitur, præſumatur teſtatoré certo loco ſolui ſeu dari voluiſſe:ibi heres ſe defendere debet.Bartolus.

Si libertis ſuis teſſeras [m] * frumẽtarias † emi voluerit: quãuis maior pars hereditatis in prouincia ſit,tamẽ Romę debere fideicommiſſum ſolui dicendum eſt: cum apparet id teſtatoré ſenſiſſe [n] ex genere comparationis. Sed & ſi proponas quibuſdam clariſſimis * viris argenti vel auri pondo [o] relicta, & ſit ſufficiens ad huiuſmodi fideicõmiſſa Romæ patrimonium: licèt maior pars totius patrimonij in prouincia ſit, dici oportet Romæ eſſe præſtandum. nec enim veriſimile eſt teſtatoré qui honorem habitum [p] voluit

d *Hîc putem*.id eſt hoc caſu. vel hîc.i. Romæ. ſed videtur quòd nunquã habeat locũ præſcriptio: cũ Romæ habeat domicilium: vt.ꝟ. ad muni. Roma.&.ꝟ. proxi.§. Reſpõ. hîc retulit ſe ad ius quod eſſe debet:vt quia Romę eſt hoc.Vel dic, ſi conuenitur Romæ quaſi ibi ſit maior pars hereditatis:habet locũ pręſcriptio: vt hîc. ſi auté quia ſi communis patria, nõ. Sed quid ſi res illius loci tantũ habeat quis obligatas? Videtur idẽ. ſed non credo: quia licèt deficeret hypothecaria, habet tamẽ perſonalẽ actionẽ quæ omnia bona reſpiceret:quod nõ eſt in caſibus iſtis. nã deficiẽtibus fructibus illius loci,nõ agitur alibi:vt.ꝟ. de tri. vino & ol. le. cũ certus.&.ꝟ. de verbor. obl.inter ſtipulãtem.§. ſacrã.&.ꝟ. de vſufruct. defuncta.§.j.Accur.
e *Domicilium*.ſed præſtatio ſit vbi res eſt: vel vbi voluit teſtator: vt ꝫ.e.quod legatur.§.pręterea. ſecũdum Io. Al. vero & Ir. [a] etiam vbi habet domicilium heres:vt.ꝫ.de tráſac. cum hi.§.vult igitur. verſic. in cauſa. ſed tu dic etiã vbi habet domicilium: vt not.ſupra eo.quod legatus.
f *Præſcriptione*.vt alibi conueniatur,vbi.ſ.habet domicilium, vel habet maiorem partem hereditatis. & ſic no.inceptio ſolutionis approbatur:vt in auth.de here.& Fal.§.non autem.col.j.&.ꝟ. ad Mace.ſed Iulianus.§.ſi.Sed quare magis iſte reus vel ille qui ſuſcepit in alio loco actionem:vt.ꝟ.eo.ſed & ſi ſuſceperit. in princ. ſibi præiudicat,ſed actor non ſibi præiudicat:licèt alibi agere incipiat:vt ſupra eo.argentarium.§.fina?Reſpon. Non ſolet,&c.vt infra de reg.iur.non ſolet.ne deterioris,&c. vt infra de compenſa.l.in compenſatione. [b]

QVamuis.] CASVS. Si heres incipit ſoluere vbi domicilium nõ habet,nec maior pars hereditatis eſt:& ipſe poſtea pœniteat:an audiendus ſit?Et dicitur quòd non: quamuis alibi domicilium habeat. Viuianus.
g *In prouincia habeat*.ſcilicet alia.
h *Fideicommiſſarius*.appellat heredes fideicommiſſarios:quia per fideicommiſſum ſunt rogati.alibi eſt in textu,heredes.

SEd & ſi.] CASVS. Heredes conſenſerunt cum legatariis vt alibi ipſe heres ſoluat, quàm vbi domicilium vel maior pars here.erat:& poſtea pœnitet. Dicitur hîc quòd iſte heres non eſt audiẽdus poſtea.Vltimo dicit.quòd ſi heres ſuſcipiat ſponte auctoritaté fideicõ. præſtandi, & alibi ſuſcipiat quàm vbi domicilium vel maior pars here.erat:& paſſus eſt ſecũ litem conteſtari, quibuſdam exceptionibus vſus inutilibus, & omiſſo quòd alibi erat maior pars heredi.ſi poſt lit.conteſt. vult opponere, & ante latam ſententiam: an poſſit quæritur.Et dicitur quòd non: cum talis except. ſit dilatoria. [SI LIBERTIS.] Titius cum eſſet Romæ, fecit teſtamentum: heredem Mæuium inſtituit: & eum rogauit vt emeret x.teſſeras frumentarias: & eas libertis teſtatoris daret.eo defuncto heredem cœperunt liberti Romæ conuenire. heres excipiebat non debere ibi conueniri: quia alibi erat maior pars here.an ſit audiendus,quæritur.Et dicitur quòd non:

D gatarius,ſi ibi ſit:vel mittetur in poſ.bo.eius. Sic ergo ex iſtis legibus collige.vj. locis agi.Vbi eſt heres.Item vbi heres habet domici.Item vbi heres cœpit ſoluere.Item ſi conſenſit heres vt poſſit alibi conueniri. Item ſi ſuſcepit act. here. Item vbi eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe.
i *Sed & ſi ſuſceperit*.& ſponte conſenſit patiendo litem conteſtari.aliàs non videtur,&c.& ſupra eo.non videtur.
k *Hanc*. ſcilicet exceptionem, quòd non debuit ibi conueniri, quia alibi fuit maior pars hereditatis.
l *Non poteſt*.quia eſt dilatoria. vnde in princ. debet opponi: [c] vt C.de proba.l.exceptionem.Sed quomodo tenet ſententia à non ſuo iudice dicta:vt.C.ſi à non compe.iudi.l.ſi?Reſpon.hic ſciuit: vnde ſibi pręiudicauit:& ſic loquitur.C.de excep.l.ſi. ADDI. Vel dic aliter ſecundum Bal. hic quòd hîc erat iudex competens: & vbi non exciperetur quia agebatur Romæ,tamen poterat declinari:vt no.ſupra eo.l.ſi fideicommiſſum.§.j.in gloſ.
E m *Teſſeras*.erant vaſa quibus menſurabatur frumentum Romæ tantũ:vt dicunt.vnde cum ea reliquerit teſtator,videtur voluiſſe quòd Romæ præſtarentur:arg.ꝟ.de leg.ij.Titia Seio. in princ. & ſecundum iſtam poſitionem dic ex genere comparationis. i. ex genere menſuræ per quam ſit comparatio.Vel dic caſum hunc.ſ. quòd alicui Romæ degenti,pone,decem teſſeræ frumentariæ. i. decẽ corbes in alimenta relicta eſſent: præſumitur quòd Romæ præſtari voluit propter cauſam alimentorum: ne interim in itinere periret alimentarius.& hoc eſt ex genere comparationis: id eſt quia voluit in hunc caſum comparari frumentum. Et dicitur teſſara, id eſt * cuiuſlibet menſuræ quarta pars. & ſic ponitur in lib.Regum τέσσαρες καὶ δέκα.id eſt quatuordecim. lib.3. cap.8.
n *Senſiſſe*.ſic & infra de vſu & ha.plenum.§.equitij.
o *Pondo*.non multa,ſed duo fortè: cum pluralis elocutio duobus ſit contenta:vt infra de teſti.vbi.
p *Habitum*.id eſt haberi.

† Sic flor. & in manuſ. perperã hoc verbum delent aliqui.

a] Reprobatur ſecundũ Lancelot.

b] Reprobatur communiter per ſcribentes.

* ψηφὸς. Nouel.88. i. calculos vel breuia ligna,in quib. certus frumenti modꝰ erat inſcriptus,ei præbendus cui dabat. Dion. in cõflagra. Veſuuij mõtis rectè explicat.

† Teſſeræ frumentarię (inquit Bud.) ſigna erant frumentaria quib. exhibitis frumẽtũ à principe pop. Rom. dabatur. ex quo factũ eſt vt Teſſera ꝓ iure percipiendi frumẽtum ponatur.

* Cõiũge.l. fœminæ. de ſenatorib. quæ hoc exemplo de fideicõmiſſo relicto clariſſimis illuſtratur.

c] Et bene. Pau.

Teſſera quid ſit.

* Imò teſſera id dicitur quod eſt omni ex parte quadratũ. ea figuram geometræ cubum vocãt.Decateſſera autem poſſis interpretari qua tuordecim.

a *Reliquit.* dignitas legatarij facit ad augendum legatum: vt infra de leg. j. ſi ſeruus plurium. §. fin. & arg. ſupra eo. ſi longius. in fine.

b *Modica.* Sed quomodo erant modica duo pondo auri? Reſpon. hoc reſpectu perſonarum: ſicut & ait comitiſſa Matilda: aliquantulum terræ concedo illi eccleſiæ: quæ tamen in. xxx. miliaria extendebatur.

c *Relicta.* in ſpecie, nõ diſtinguo mobilis vel immobilis.

d *Eo loci ſit.* vbi in rem agitur.

c *Eo loci.* vbi res eſt.

f *Fideicommiſſo.* relicto ſub conditione vel in diem.

g *Præſcriptio.* quaſi maior pars hereditatis ſit alibi.

h *Si nihil.* de hereditate præter rem legatam

i *Iubendũ ſatiſdare.* q.d. quod dixi eſſe ſeruandum vbi res legata petitur ab actore, in rem ſeruatur, & ſi ibi cautio pro eo exigatur: dum tamẽ habeat ibi domicilium, ſecũdum quoſdã. certe imò & ſi non habeat: argu. ſupra eo. l. quid enim prohibet. cum res legata ibi ſit.

k *Veretur.* heres non ſatiſdans.

l *In poſſeſſionem.* ſcilicet rei ſub conditione legatæ.

m *Cauſa.* & eo loco cuius cura pertinet ad vtilitatem.

* De hac phraſi vide Anto. Aug. lib. 2. emend. cap. 9.

n Vix certis. Quod vix eſt, eſt: & ſic propriè. aliter. ꝟ. de aſſi. li. l. fi. & ꝟ. ad Velletuto. j. reſpõ. & de l. e. j. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque. Itẽ nota regulariter, quòd ſeruus in iudicio eſſe non poteſt: vt. C. e. l. ſeruus. in caſibus tamen. viij. poteſt eſſe etiã contra dominum, qui dicuntur hac. l. ſunt & alij tres: vt. ꝟ. ad Treb. mulier. §. non eſt &. ꝟ. de ali. le. ſeruos. & ꝟ. ad. l. Iuliã maie. famoſi. Itẽ ſunt & alij tres in quibus cõ tra extraneum agit: vt C. vbi cauſæ fiſ. l. fi. & C. ſi per vim vel alio modo. l. j. & C. quibus ex cauſ. ſer. pro præ. li. acci. l. j. & per totum titulum.

Seruus an poſſit in iudicio ſtare.

his quibus reliquit, [a] tam modica [b] fideicommiſſa in prouincia præſtari voluiſſe.

Si petatur ſpecies vbi eſt, vel petatur cautio: exceptio quòd alibi ſit maior pars hereditatis, nõ obſtat. Bartolus.

Si ea res quæ per fideicommiſſum relicta [c] eſt, eo loci ſit: [d] dicendum eſt non debere præſcribi ei qui petit, quaſi maior pars hereditatis alibi ſit. Sed ſi non fideicommiſſum petatur eo loci, [e] ſed fideicommiſſo [f] ſatis: videndum eſt an hæc præſcriptio [g] locum habeat. & non puto habere. quinimò & ſi nihil [h] ſit eo loci, attamen iubendum [i] ſatiſdare. quid enim veretur, [k] cum ſi ſatis non dederit, mittatur aduerſarius in poſſeſſionem [l] fideicommiſſi ſeruandi cauſa? [m]

In cauſis quæ pertinent ad ſtatum ſerui, & in quibuſdam quæ pertinẽt ad vtilitatem publicam, poteſt inter ſeruum & dominum conſiſtere iudicium. Bartolus.

### LIII. Hermogenianus lib. 1. iuris Epitomarum.

Vix certis [n] ex cauſis aduerſus dominos ſeruis conſiſtere permiſſum eſt, id eſt, ſi qui ſuppreſſas tabulas teſtamenti dicant, in quibus libertatem ſibi relictam adſeuerant. [o] Item arctioris annonæ [p] populi Romani, cenſus [q] etiam & falſæ monetæ criminis reos [r] dominos detegere ſeruis permiſſum eſt. [f] Præterea fideicommiſſam libertatem ab his petent. [t] Sed & ſi qui ſuis nummis [u] redemptos ſe, & non manumiſſos contra placiti fidem adſeuerent. Liber etiam eſſe iuſſus ſi rationes reddiderit arbitrum, [x] con tra dominum rationibus excutiẽ-

A quia ſupra ſeruus ſoluit, hìc nõ ſoluerat: ſed ſoluere paratus erat: vel hic à principio fuerunt emptoris: ibi non.

z Per minorem. Pone exemplum in petitione hereditatis, quæ maior eſt auctoritate, ideoque præfertur aliis: vt ſupra de arbi. nõ diſtinguemus. §. ſi ıs. & C. de petitione hereditatis. l. fi. in prin. Item pone exemplum quãdo cum alia ſimplici cõcurrit præiudicialis, quæ eſt maior priuilegio: vt. C. de adul. l. quoniam. &. C. de ord. cog. l. cum ſtatus. Item pone exemplum infra de except. rei iudi. l. fundum. &. l. fundi. vbi ratione perplexitatis altera eſt maior. Item pone exemplum. C. de here. act. l. vt debitum. Item pone exemplũ. C. de ordi. iu. l. quoniam. & facit ſupra de in integr. reſt. l. ſcio.

Cõ l. 4. ꝟ. de pub. iud.

dis rectè petet. Sed & ſi quis fidẽ alicuius elegerit, vt nummis eius redimatur, atque his ſolutis manumittatur, nec ille oblatam pecuniam ſuſcipere velle [y] dicat: cõ tractus fidem detegendi ſeruo poteſtas tributa eſt.

### LIIII. Paulus libro primo Sententiarum.

B Per minorem [z] cauſam maiori cognitioni præiudicium fieri non oportet. Maior enim quæſtio minorem cauſam ad ſe trahit.

Si omnes termini non ſunt dati, nouus iudex debet eos perficere: nec tenetur aliquid ſuperaddere. ſed ſi omnes ſunt dati à prędeceſſore, ipſe nouam dilationem dare debet. Bartolus.

### LV. Idem libro ſingulari de Officio adſeſſorum.

C Dictum quod ab anteceſſore datum eſt, in numero trium edictorum connumerari debet. [a] Planè licèt omnis ab anteceſſore numerus finitus ſit, ſolet [b] ſucceſſor vnum edictum dare.

Ratihabitio retrotrahitur, & cõ firmat iudicium agitatum per falſum procuratorem. Barto.

### LVI. Vlpianus libro trigenſimo ad Sabinum.

D Licèt * verum procuratorem in iudicio rem deducere veriſſimum eſt, tamen & ſi quis cum procurator non eſſet, [c] litem ſit conteſtatus, deinde ratum dominus habuerit: videtur retro res in iudicium rectè deducta. [d]

Mortuo filio inſtantia inchoata cũ eo trãſit ad patrem: licèt actionis qualitas alteretur. Bartolus.

### LVII. Idem libro quadrageſimoprimo ad Sabinum.

Tam ex contractibus † quàm ex delictis in filiumfamilias cõpetit actio: [e] ſed mortuo filio

Dictum.] Casus. Citari feci Titium corã poteſtate Bonon. & poteſtas poſtea deceſſit facta vna citatione. Dicitur hìc quòd ſi ſucceſſor dedit alia edicta citatoria, quòd illud edictum prędeceſſoris ſui connumeratur inter edicta ſucceſſoris: & etiam ſubſtitutus poteſt aliam dare citationem. Viuia.

a *Debet.* cum vnũ iudicium reputetur, licèt iudex ſit ſubſtitutus: vt ꝟ. e. l. mortuo. & l. proponebatur. & ſupra. e. ſi iudex. & C. quomodo & quãdo iud. l. conſentaneũ. & facit infra de itin. ac. pri. l. inde. aliàs vnde. §. ſi quis. ſic ſi moritur litigator, ſucceſſori dabitur vnum: vt. ꝟ. de fer. l. oratione. §. fina.

* Cõiunge l. vero de ſolutio. Duar.

b *Solet.* & debet. at quando ipſemet peremptoriũ dediſſet, ex voluntate mittit aliud: vt infra eo. & poſt. facit. ꝟ. de feri. l. oratione. §. illud.

† Cõiũge l. 35. de noxal. Duar.

Licèt.] Casus. Titius nomine meo egit contra Seium: & lis conteſta. eſt. ſi verus eſt procurator, valet iudicium: quia per eum verum procuratorẽ

E poteſt res in iudicium deduci. ſi falſus fuit qui dicebat ſe eſſe verum procuratorem: non erit tunc quod fecit ratum habendum. ſed ſi ratum habuero, valet quod fecit. Viuia.

c *Non eſſet.* erat tamen talis qui poterat eſſe procurator. vnde ſecus puto ſi erat ſeruus vel pupillus. Additio. Ratio: quia non operatur plus ratihabitio quàm mandatum ab initio, ſecundum Bal. hìc.

d *Deducta.* cum ratihabitio trahatur retro: vt. C. ad Mace. l. fi. & infra de pig. l. ſi fundus. §. j. Sed contra infra iudi. ſol. ſi ante. in fi. Sol. vt dixi. ꝟ. qui ſatiſd. cog. l. Iulianus. Itẽ quid ſi iudex tulit ſententiam non præcedẽte delegatione: ſed tamen iudex ratam habet qui cauſam illam potuit delegare? Videtur quòd poſſit: vt. ꝟ. de offi. præto. Barbarius. Sed contra puto: & eſt ratio. C. de iure fiſc. l. ij. lib. x. Item quære quod no. C. qui pro ſua iur. l. j. Accur.

e Tam ex contractibus. *Actio.* niſi in Maced. & in voto: & hoc iure veteri. hodie ex aduenticia cauſa datur in patrem, nõ in filium,

o *Aſſeuerant.* vt. ꝟ. de falſis. l. nullo. Accurſius.

p *Annonæ.* vt quia publicam annonam fraudauit, vt carius venderetur: vt hìc, &. ꝟ. ad. l. Iul. de anno. l. j. Accurſius.

q *Cenſus.* i. tributi, etiam. ſ. defraudati: de quo accuſatur lege Iulia peculatus: vt inſtitutio. de publi. iud. §. lex Iulia peculatus.

r *Reos.* & ſic accuſat ſeruus heredes de falſo.

ſ *Permiſſum eſt.* vt. C. quibus ex cau. ſer. pro præ. li. acci. l. ij.

t *Petent.* vt ſupra de in ius vocan. l. is quoque.

u *Suis nummis.* & non emptoris: quo caſu ſuccedit conſtitutio miſſa ad Vrbium Maximum: vt infra de manu. l. is qui. in princ. quæ liberandum non liberum dicit: vt infra eo. qui ſe.

x *Arbitrum.* id eſt iudicem delegatum à conſule: ſcilicet coram quo rationes reddat: vt infra de condit. & demonſt. ſi cui. Accurſius.

y *Suſcipere velle.* in hoc differt à ſuperiore, quando ſuis nummis:

in filium, ſi pater admittit vſumfruct. vt.C.de bo.quæ lib.l.fin. §.vbi autem.

a] Ray. & Bal. hic dicũt iſtã glo. not ad hoc, quòd inſtãtia iudicii lite nõdũ cõteſtata non trãſit ad heredes: quod verũ etiã iudicio reali. ſec⁹ aũt poſt lit.cõte per l.1.in fi.ff. de preto. ſtipu- qui text. eſt ſingu. ſecũdũ euidẽtiã Bal. & hæc procedũt ex parte rei:ſecus ex parte actoris. Bol.

* Legẽdum videtur, tı ãſlatio.L.R.

a *Poſt lit.conteſt.*ideo poſt litem conteſtatã:quia ſi ante, [a] nouum daretur iudicium in patrem ex filij contractu. ex maleficio verò nullum: cum non detur ex delicto in heredes niſi lit. conteſt.vt C.ne ex delic. defun.l. j.Sed quomodo ſic alteratur: quia contra filium erat in ſolidum: vt infra quod cum eo. l.pe.contra patrem verò de peculio tantum? Reſpõdet quidã: quia filius hic conueniebatur nomine patris,non ſuo: quod non placet: quia ſic ex maleficio nomine patris conueniri non poſſet: cum pater nomine filij non teneatur: vt inſtitu.de noxa. §. fin. vnde dico quòd ſuo nomine filius coueniri cœpit:alteratur tamen quando in patrem transfertur: vt hîc dicit: argu. ȷ̃.de noxa. l. in delictis. §. ſi detracta. Item op. cur ex delicto agitur de peculio? Quidam dicunt filium fuiſſe condemnatũ, & actione in factum ex re iudi. pater tenetur: vt.ȷ̃.de noxa. quotiẽs. &.ȷ̃. de pecu. licet. quæ eſt.l.iij.§.idẽ ſcribit. & ſecundũ hoc dic, poſt lit.conteſt.cõdemnatione ſecuta: & ſic impropriè transferri dicit. Item tunc non ex delicto:ſed ex quaſi contractu.nam & aliàs ex delicto lit. conteſt. datur in heredes. Alij dicũt quòd hoc etiam de peculio refertur tãtum ad contractum.tu dic etiam ex delicto de peculiõ agi in quãtum eſt locupletatum: vt infra de pec.l. iij.§. ex furtiua cauſa. & ſic hîc accipe etiam cum hac forma de peculio.Accurſius.

poſt litis conteſtationem [a] transfertur iudicium in patrem duntaxat de peculio, & quod in rem eius verſum eſt.Certè ſi quaſi procurator [b] alicuius filiusfamilias iudicium acceperit: mortuo eo in eum quem defenderit, transactio* vel iudicati datur.

Hæc lex ponit tres caſus in quibus iudicium ſoluitur ex parte iudicis:quam.l.no.Barto.

LVIII. PAVLVS *libro decimotertio ad Sabinum.*

IVdicium [c] ſoluitur vetante eo qui iudicare iuſſerat: vel etiam eo qui maius imperium in eadem iuriſdictione habet:vel etiã ſi ipſe iudex eiuſdem imperij eſſe cœperit, [d] cuius erat qui iudicare iuſſit.

Ille qui delegat iudicem, intelligitur in loco ſolito delegare. Bartolus.

LIX. VLPIANVS *libro quinquageſimoprimo ad Sabinum.*

SI locus in iubendo iudicare non eſt comprehenſus, videtur eo loco iudicare iuſſiſſe, quo ſolet iudicari ſine incommodo litigantium. [e]

LX. PAVLVS *libro quartodecimo ad Sabinum.*

MOrtuo iudice,quod eum iudicare oportuerat, idem [f] eũ qui ſubditus eſt ſequi oportet.

In iudicio venit omne id quod ſub petitione propoſita poteſt cõprehendi, niſi contrarium actum ſit. Bartolus.

A quæ coram mortuo fuerunt producta?Et dicitur quòd ſic. Viui. f *Idem.*[b] id eſt ex iiſdem actis: non autem ſi ille erat malè condemnaturus, hîc condemnabit: vel econtra: ſed ex ſuo animo dicet ſententiam: vt.s̃.de arbi.qualem.§.j.Vel dic, de qua cauſa, id eſt de eadem.Accurſius.

b] Cõcor. & eſt ſimile in ca. ſi eps. 11. q.3.

LXI. VLPIANVS *libro viceſimoſexto ad Edictum.*

SOlemus quidem dicere id venire in iudiciũ, de quo actum eſt inter litigantes: ſed Celſus ait periculoſum* eſſe ex perſona rei hoc meriti: qui ſemper, ne condemnetur, hoc dicet non conueniſſe. Quid ergo? Melius eſt dicere id venire in iudicium, non de quo actum eſt vt veniret: [g] ſed id non venire, de quo nominatim [h] actum eſt ne veniret.

B

Iudex maleficiorum non poteſt cognoſcere de cauſis pecuniariis ciuilibus. Bartolus.

Latrunculator [i] † de re pecuniaria iudicare non poteſt.

In iudicio oportet quòd ſit reus & actor.Bartolus.

LXII. IDEM *libro trigenſimonono ad Edictum.*

C INter litigantes non aliter lis expediri poteſt, quàm ſi alter petitor, alter poſſeſſor ſit. Eſſe enim debet, qui onera petitoris ſuſtineat, & qui commodo poſſeſſoris fungatur. [k]

Defendere debet quis per ſeipſum, vel per alium cum ſatiſdatione iudicatum ſolui. Bart.

LXIII. IDEM *libro quadrageſimonono ad Edictum.*

REctè defendi [l] hoc [m] eſt, iudicium accipere vel per ſe, vel per alium, ſed cum ſatiſdatione. Nec ille videtur defendi, qui quod iudicatum eſt non ſoluit. [n]

D

g *Solemus. Veniret.* hac. l. duæ ponuntur regulæ. prima eſt, vt id tãtum veniat in iudicium,de quo eſt inter eos actũ:vt dicat actor reo, placet quòd agam cõtra te in.x.coram iſto, vt experiar ſi habeo ius? & reſpondeat,ſic. & hoc reprobatur per ratione hîc poſitam: vt.ȷ̃.de verb. obli.inter ſtipulantẽ.§. ſi Stichum.ſed in arbitris hæc regula tenet: vt.s̃.de arb.l.ſi cũ dies. §.plenũ. Alia eſt, vt id demum non veniat de quo nominatim exceptum eſt ne veniat: & hæc eſt vera. ſi tamen ſub petitione facta poteſt includi quod actor dicit in iudicium veniſſe:vt ſi petit rem, cõtineantur fructus. Item ſub petitione hereditatis omnes res tã mobiles quàm immobiles. Itẽ iura,ſicut in ac. fa. ercifcun. & pro ſocio, & ſic de ſimilibus, ſed quidã ſic prauè intelligunt,vt ſi petã Stichũ,videar & fundum petiiſſe:arg. eius quod eſt.C.de anna. excep.l. fin.ſed certè eadem ratione videor deduxiſſe in iudiciũ regnũ Franciæ: quod eſt falſum. adeo eſt falſum, vt ſi propono vnam,nõ videar propoſuiſſe etiã aliam quæ eſt eius ſequela:vt.ȷ̃.ad exh.l.ſi quis hominem.§.quantum.& ad hoc.ȷ̃.de except.rei iud. ſi ex teſtamento. Sed videtur quòd prima regula teneat in iudiciis, & non ſecunda: vt.ȷ̃.de ædil. edict. l.ædiles.j. §.item ſciendum.in fin.Sol.hîc loquitur quando dubium eſt inter actorem & reum: & tunc credetur actori. ſi autem certum eſt quòd de quibuſdam tantùm egit, de his tantùm iudicabitur: vt ibi. Vel dic, nominatim iniungi ſi poteſt claudi ſub petitione actoris,vel niſi de conſenſu partium.ſupra eod.l.ij.

* Flo. periculoſè. ἀκινδύνως. ... Nouell.8. & Nou.128. Bal.dicit iſtum.tex.no. ad hoc ꝙ iudex maleficiorum non poteſt cognoſcere de cauſa ciuili. hoc verũ,niſi eſſet abſq̃s iudex cauſarum ciuiliũ, ſecundum Ang.in.l. vacãtia. de bo. va.lib.10. C. in repe.ſua. Hoc addito quòd incidẽter bene poteſt,per l. interdum. §. qui furem.ff. de furtis. & vbique Bol. vltra eu ad iſtud adde gloſ. & ibi Ang.in pœmio inſti. in prin. ſuper verbo, p legitimos. ī fi.

b *Si quaſi procurator.* id eſt reuera procurator.

IVdicium.] CASVS. Poteſtas Bonon. delegauit quendam inter Titium & Mæuium, poſtea lit.conteſt.prohibuit ne iudicaret.finitur iudicium. Secundò, non ſolum ſi ipſe qui eum delegauit, prohibuit, finitur iudicium: ſed etiam ſi alius maior eo prohibuit, vt præſes. Tertiò dicit quòd non ſolum prædictis modis finitur iudicium: ſed & ſi cœperit eiuſdem imperij eſſe cuius eſt qui eum delegauit,finitur iudicium.Viuianus.

c *Iudicium.*ex hoc colligitur,quòd hîc lis conteſtata erat.aliter enim non eſſet iudicium: vnde apparet quòd aliud eſt in hoc mandato quàm in cæteris: vt.s̃.de procu.l.ante.&.l.poſt.&.s̃. l.proxi. in fin.& eſt ratio, quia hîc non vertitur damnum pecuniarum.& facit.s̃.eo.cum prætor.in princ.

d *Cœperit.*vt ſupra de arbi.l.iij.in fin.&.l.ſequen.

SI locus.] CASVS. Si iudex delegatus eſt inter partes ad cognoſcendum: & locus non fuit appoſitus in quo debeat iudicare: dicitur quòd ibi iudicabit vbi ſolitum eſt: id eſt iudicabit in curia communi.

e *Litigantium.* quaſi dicat quod eſt ſine incommodo litigatorum.nam conſueto loco ſeruato non attendo incommodum. Item non ſeruato, non attendo commodum: vt ſupra de iuſti. & iur.l. penult. nec obſtat ſupra de arbi. l.ſi cum dies.§. penult. quia & in ſeceſſibus eſt locus conſuetus quandoque: vt ibi dicit. Accurſius.

MOrtuo.] CASVS. Si iudex qui cognoſcit inter partes, teſtes & cõfeſſiones receperat: & antequã ſententiã ferat, decedat, & alius ſubrogatus eſt: an ſubrogatus iudicare debeat ex actis

h *De quo nominatim.* ſcilicet tantum.

i *Latrunculator.* [c] qui iudicat de latronibus tantùm, puniantur corporaliter vel non: cum id à principe ſibi commiſſum ſit: de quibus dicitur.C.de agen.in rebus.l.ex eo.lib.xij.

c] Latrũculatorem,apparitorum præfectum vocat Lazius Cõme. Rei. lib.2.ca.4.

k *INter litigantes.Fungatur.*vt inſt.de interdi.§.retinendæ commodum.&.ȷ̃.vti poſ.l.j.§.huius autẽ. Sed quid in duplicibus iudiciis:vt inſtit.de interdic.§.iij? Reſpon.& in illis non poteſt aliter ius expediri, quàm ſi alter petitor, alter poſſeſſor ſit.id eſt alter onera petitoris, alter commoda poſſeſſoris habeat: vt ſupra eo.in tribus.ſic enim.l.iſta exauditur.Accurſius.

E

l *REctè defendi.* defendi genus,& defendi ſpecies.

m *Hoc.* quod ſequitur.

n *Non ſoluit.* & ſic committitur ſtipulatio propter rem iudicatam,cum habeat três clauſulas: vt.ȷ̃.iud.ſol.l.iudicatum ſolui.& facit ſupra ex qui. cau. ma.l. item ait prætor. §. pe. &. ȷ̃. quib.ex cau.in poſſ.ea.hæc autem.§.recte.Accurſius.

NOn à iudice.] CASVS. Si apud te rem meam depoſui,nec reſtituis eam: & iudex velit te condemnare, non concipitur in ſententia quanti mea intereſt, ſed quanti in litem iurauero: quod verum eſt etiam ſi prædo depoſuit. [SI QVIS] Tribus modis ponitur caſus. Primo,ſi aliquis clericum conueniat, puta

Intereſſe contra doloſum æſtimatur ſecundum iuramentum in litem. Bartolus.

LXIIII. IDEM *libro primo Diſputationum.*

NOn ab iudice doli æſtimatio ex eo quod intereſt [a] fit, ſed ex eo quod in litem iuratur. Denique & prædoni depoſiti & commodati ob eam cauſam [b] competere actionem non dubitatur.

· Cautio iudi.ſol.in vna inſtantia interpoſita non committitur ſi ex alia inſtantia iudicetur. Barto.

Si quis alio iudicio [c] acturus, iudicatum ſolui ſatis acceperit, deinde † in alio iudicio [d] agat, non committetur ſtipulatio: quia de alia re cautum videtur.

In contractu dotis hoc eſt ſpeciale, quòd non inſpicimus locum contractus: ſed locum vbi vir habet domicilium. Bartolus.

LXV. IDEM *libro trigenſimoquarto ad Edictum.*

EXigere [e] * dotem mulier debet illic vbi maritus domicilium habuit, non vbi inſtrumentum dotale [f] conſcriptũ eſt. Nec enim id genus cõtractus eſt, vt & eum locum ſpectari oporteat, in quo inſtrumentum dotis factum eſt, quàm eum [g] in cuius domicilium & ipſa mulier per conditionem matrimonij erat reditura, [h]

Titius ſub iudice ſeculari, & ibi ei clericus caueat iudi. ſolu. & ipſe Titius cõueniat eum ſub iudice ſuo, puta ſub epiſcopo: an cõtra clericum cõmittitur ſtipu.iud.ſol? & reſpon.quòd non. Secundo pone: agebam vna act. cõtra Titium: quia hypothe.mihi cauit iudi.ſol. & poſtea ſub eodẽ iudice mutaui actionẽ. vtrum cõmittatur ſtipulatio in illa act? reſpõ.quòd nõ. Tertio modo ponitur caſus: egi vna act. ad vnã rem: & poſtea ago ad aliã.non cõmittitur ſtipulatio.& facit ad iſtos duos vltimos caſus.ĩ.iudi.ſol.l. cum quærebatur. Viuia.

a *Quòd intereſt.* ſ.cõmuniter, ſed ex eo quod, &c. & hoc in bonæ fid. iudiciis & arbitrariis: vt.ĩ.de in litem iuran.l. in actionibus. & inſti.de act.§.preterea. aliud ſi culpa: vt. ĩ. de in litem iuran.l.ij.in fi. &.l.videamus.§.fi.

b *Ob eã cauſam.* ſcilicet ob dolum, cum ob has cauſas agere poſſunt: vt.ĩ.depoſi.l.j.§.ſi prædo vel fur. &. ĩ. commoda.l.ita vt ſi.

† Fortè rectius de in alio. vt in archet. lapſu ſcriptoris repetitum ſit dein dein. Taurel.

c *Si quis alio iudicio.* i. propter alium iudicẽ: & ſic dicitur aliud iudicium hoc ipſo ꝙ mutatur iudex: ſicut ecõtra dicitur idem, inſtit.de act.§. ſi minus. & probatur hic caſus.ĩ. iudi. ſol.l. iij.j. reſpon. &.l. pe. Vel dic ꝙ de vna re acturus ſtipulatus eſt iudicatũ ſolui: & poſtea egit de alia: & hoc innuit finis. §.&.ĩ.iud. ſol. cũ quærebatur. & ſecũdum hoc dic alio. id eſt de alia re: vt ponatur neutraliter. Vel dic acturus vna actione ad aliquam rem ſtipulatus eſt: & poſtea ad eandem egit alia actione, & alia cauſa: & ſic ponetur iudicio pro actione: vt.ĩ.iudi.ſolui.l.cum quærebatur, in fine.

*Ex tit. de iure dot. Duar.

d *Alio iudicio.* ſecundo.

EXigere.] CASVS. Titius Boñ. maritauit filiam ſuam Mutiñ. Mortuo viro quæritur an Bononiæ vbi factum fuit inſtrumentum, & contractum etiam matrimonium: an Mutinæ poſſit dos exigi? & reſpon. quòd Mutinæ exigi dos debet. Viuia.

e *Exigere.* poteſt intelligi hæc lex quòd alibi fuit facta promiſſio & contractus, & alibi inſtrumentum ſcriptum, & alibi domicilium viri. Vel ſecundò, quòd inſtrumẽtum & cõtractus fuit in domo patris mulieris factum: tamen maritus conuenitur in ſuo foro ideo, quia videtur inſeruiſſe locum illum in reddẽdo, vnde quaſi ibi contraxerunt: vt.ĩ.de act.& ob.l.cõtraxiſſe.& ſecundũ hoc, tantùm cõuenietur in ſuo foro, ſecundum Bul. ſed M.dixit in vtroque.ſ.in loco cõtractus, & foro mariti: & quod dicit hîc, nõ vbi, &c. ſubaudiebat tantùm: & quod poſtea, vt & eum: ſubaudiebat magis, & ſic ſubaudiebat maximè: vt.ſ.eo.heres.§.fi.

f *Dotale.* id eſt reddendæ dotis.

g *Quàm eum.* electiuè, ſecundum B. quaſi dicat hunc, non illum: comparatiuè ſecundum M.

Concubina nõ ſequitur forũ concubinarij.

h *Reditura.* id eſt itura: quia ſequitur forum viri: aliud in concubina: vt.ĩ.ad muni. de iure.§.fi. ſic verbum reddendi, pro dare ponitur: vt.ĩ.de verb.ſignifi.l.verbum reddendi.

i SI *quis intentione.* Quod dicit, intẽtione: referas ad actorẽ: vt quia dixit reum iniuſtè poſſidere: & ad ſe pertinere. quæ verba & ad petitoriũ & ad poſſeſſorium poſſunt referri: & quòd dicit, oratione: referas ad reum: vt quia fuit ibi confeſſus rem ad actorẽ pertinere: quæ verba exponũtur, vt ſit debita: non ꝙ ſua: cum reo vtilius ſit: vt ar.ĩ.de verb.ſignifi.l.verbũ pertinere. Vel dic primũ, quando in vna dictione eſt dubiũ: vt in.l.inter ſtipulantẽ.§.j.ĩ.de verb.obli. ſecundum, quãdo in vna oratione. Et ſic not. ꝙ ei permittitur interpretari qui dicit in iudicio. idẽ in principe: vt.ĩ.de reg.iur.l.Neratius. idẽ in prætore: vt.ĩ.de verb.obli. l.in conuentionalibus. ſed ſecus in cõtractibus: vt.ſ.de pac.l.veteribus.&.ĩ.de cõtrahen.emp.Labeo.j.&.l. cum in lege.&.ĩ.de verb. oblig. quicquid: ſed an cogatur eligere pendente iudicio? arg. quòd ſic. ĩ.quorũ leg. l.j.§.qui autem.in fi.

Interpretari ei permittitur qui dicit in iudicio.

Ambigua petitio ſiue exceptio interpretatur ſecundum intentionem proferentis. Bart.

LXVI. IDEM *libro ſecundo Diſputationum.*

SI quis intentione [i] ambigua vel oratione vſus ſit: id quod vtilius ei eſt, accipiendum eſt.

Qui dicit ſe liberandum, eſt liber à die ſententiæ, vel à die interpoſiti decreti, ſi decernatur contra contumacem. Bartolus.

LXVII. IDEM *libro ſexto Diſputationum.*

QVi ſe dicit ſuis nummis redẽptum: [k] * ſi hoc probauerit, exinde liber [l] erit ex quo redẽptus eſt: [m] quia cõſtitutio [n] † nõ liberũ pronuntiari præcipit, ſed reſtitui ei libertatẽ iubet. Proinde cõpellendus erit manumittere eum qui ſe ſuis nummis redemit. [o] Sed & ſi latitet, exempla ſenatuſcõſultorum [p] ad fideicõmiſſam libertatẽ pertinẽtiũ debere induci oportet.

Ad ſententiam peruenitur præcedente peremptorio impetrato, legitimo ordine hîc expreſſo. Bar.

LXVIII. IDEM *libro octauo Diſputationum.*

AD peremptoriũ [q] edictũ hoc ordine venitur, vt primò quis petat poſt abſentiã aduerſarij edictum primum, [r] mox [ſ] alterũ.

LXIX. IDEM *libro quarto de omnibus Tribunalibus.*

QVi ſe.] CASVS. Seruus ſubminiſtrauit cuidã pecuniã vt eum emeret & manumitteret: emit, ſed non manumiſit: lex facit eum liberum, id eſt præcipit eũ liberandũ: quia ſi emptor preſens fuit, & ſeruus probauerit, fiet liber: & ſi latitet, erũt ſeruãda quæ cõſtitutionibus cauentur hoc caſu. & hoc eſt quòd latitante herede ſeruus eripiatur in libertatem: & ita etiam latitante emptore.

Harmenop. li 1.tit.9. in ſcholio.

k *Redemptum.* id eſt emptum hoc pacto, vt manumittatur.

* Cõiũge.l. 4.De manumiſſio. Dua.

† Diuorum fratrum ad Vrbiũ Ma. l.4.ĩ. de manumiſ.

l *Liber erit.* id eſt liberandus, vt ſubiicit.

m *Redemptus eſt.* id eſt per ſententiã declaratum eum redemptum.

n *Conſtitutio.* i. diuorum fratrũ ad Vrbium Maximum: vt infra de manumiſ.is qui.

o *Redemit.* id eſt redimi mandauit.

p *Senatuſconſultorum.* quatuor ſunt exẽpla: Rubriani, Vitraſiani, Daſumiani, & Articuleiani: quæ vbi locum habeãt, habes infra de fideicom. lib. cum vero.§. ſubuentum. &.l. cum quaſi.§.ſi plures.&.l. non tantum.§. ſenatuſcon.&.§.ſed & Artificuliano.non autem Vinciani, quod in ſeruo proprio manumittentis, id eſt defuncti locum non habet: vt in eod.tit.l.non tantùm.§.ſed & ſi non hereditarium.

AD *peremptorium.*] CASVS vſque ad.l.de qua. Si iudex debet pronuntiare, & reus eſt abſens, citabit eum bis per interualla.x. dierum: poſtea tertiò citabit eum. qua tertia citatione emiſſa, impetrabit terminum peremptorium. hoc in prima. In fine dicit vnde dicatur peremptorium: ex eo ſcilicet, quòd perimit procraſtinationem rei. Item in peremptorio debet iudex comminari ſe pronuntiaturũ abſente reo. ſed an iudex poſſit dimittere numerum edictorum, & mittere primum peremptorium, vel ſecundum ſtatim? Et reſpon. quòd ſic, pro qualitate perſonarum, temporis, & cauſæ. & hoc in tertia. Sed nunquid primum peremptorium poterit iudex facere? & reſpon. quòd ſic. ſiue venit, ſiue non, pronuntiabit, non ſecundum præſentem: ſed etiam ſecundum abſentem ſi bonam cauſam habuerit. hoc in quarta. Sed quid ſi reus fuerit præſens, actor verò abſens? celabuntur citationes: & perinde erit ac ſi factæ non fuiſſent: non autem pronuntiabitur. hæc vera. ſed citationibus circunductis an actori remaneat ſua actio ſalua? & reſpon. quòd ſic. hoc in quinta. Sed quid ſi reus condemnetur, & appellet, an ſit audiendus? Et diſtingue aut erat abſens per contumaciam: aut non. primo caſu non auditur appellans, ſecundo ſic. hoc in.vj. Viuia.

q *Ad peremptorium.* vſque huc de his quæ circa iudicia fiunt: nunc autem qualiter ad ſentẽtiam perueniatur. & dic verum, ſed fictum ex tribus tantum: vt.C.quomodo & quando iu.l.tres.

r *Primum.* quod dicitur admonitorium: vt in authen.de he.& Fal.§. ſi quis autem non implens. col.j. Secundum dicitur conuentionale: tertium citatorium: quartum peremptorium.

ſ *Mox.* not. quòd mox dicitur.x.dierum.

*Per interuallum*

UNED

P Er interuallum nõ minus decem dierum,[a]

LXX. IDEM *libro octauo Diſputationum.*

E T tertium.quibus propoſitis, tunc peremptoriũ impetret. Quod inde hoc nomen ſumpſit, quòd perimeret diſceptationem: hoc eſt,vltrà nõ pateretur aduerſarium tergiuerſari.[b]

LXXI. IDEM *libro quarto de omnibus Tribunalibus.*

I N peremptorio † autẽ comminatur[c] is qui edictũ dedit,etiã abſente diuerſa parte cogniturũ ſe & pronuntiaturum.

LXXII. IDEM *libro octauo Diſputationum.*

N Onnunquam[d] autem hoc edictum[e] poſt tot numero edicta[f] quæ præceſſerint, datur: nonnũquam poſt vnũ,[g] vel alterum:[h] nonnunquã ſtatim: quod appellatur *Vnum pro omnibus*. Hoc autem æſtimare oportet eum qui ius dixit, & pro conditione cauſæ[i] vel perſonæ[k] vel temporis[l] ita ordinem[m] edictorũ vel compendium[n] moderare.*†

Reo abſente in termino peremptorio iterũ ex benignitate citatur:& ſententia ſecundũ iuſtitiam profertur. actore verò abſente in termino peremptorio, ceſſatur illa citatio: & illius edicti inſtantia perimetur,non autem definitiuè pronuntiabitur.Bartolus.

LXXIII. IDEM *libro quarto de omnibus Tribunalibus.*

E T poſt edictum peremptoriũ impetratum,cum dies eius ſuperuenerit,tunc abſens[o] citari[p] debet.[q] & ſiue reſponderit, ſiue non reſponderit,agetur cauſa: & pronuntiabitur, non vtique ſecũdum præſentem:[r] ſed interdum
B vel abſens[ſ] ſi bonam cauſam habuit,vincet.[t] Quòd ſi is qui edictum peremptoriũ impetrauit,[u] abſit die cognitionis:[x] is verò aduerſus quem impetratũ eſt, adſit: tum circundycendũ[y] erit edictũ peremptorium:neq; cauſa cognoſcetur, nec ſecundum præſentem pronuntiabitur. Circunducto edicto videamus an amplius reus[z] cõueniri poſſit: an verò ſalua quidem lis[a] eſt, verum inſtantia tantùm edicti periit. Et magis eſt vt inſtantia[b] tantum perierit: ex in-
C tegro autem litigari poſſit.

Verus contumax non appellat. Bartolus.

Sciendum eſt ex perẽptorio abſentem cõdemnatum. ſi appellet, non eſſe audiendũ:[c] ſi modò per contumaciam defuit: ſi minus,[d] audietur.

LXXIIII. IVLIANVS *libro quinto Digeſtorum.*

D E qua re cognouerit[e] iudex, pronuntiare quoq; cogendus erit.

Iuriſdictio iudicis poteſt proro-
D

a *Per interuallum.Decem dierũ*.inter edictũ & edictũ: vt hîc, & C.eo.l.properandũ.§.j. hodie autẽ.xxx.dierũ : vt in auth. de liti.§.omnẽ.&.§.& ſi hoc minimè.coll.viij. & licèt ibi dicat in actore:tamen non debet actori,&c.vt.ĩ.de reg.iur.l. non debet.

b *Et tertium.Tergiuerſari*.impropriè:cũ in criminalibus tantũ hoc fiat : vt. ĩ. ad Turpil.l.j.

c *In peremptorio. Comminatur*. ſic. ĩ. de peri.& commo.l.j.§.licet.&.C. cõminatio.epiſtolas,progrã.per totum.

d *Nonnunquam* id eſt aliquãdo.

e *Hoc edictum*.ſ.peremptorium.Accur.

f *Edicta*.puta tria.

g *Vnum*. nũquid hoc quod pro omnibus datur:debet habere ſpatium triũ edictorũ?Reſpon.quidã non:arg.ſ. de pac.l.ſi plures.§.necnon & vnus. Sed argu. contra.ĩ. de condit. & demon. l. qui duobus.

h *Alterum*.i.duo.

i *Cauſæ*.quia ſit alimẽtorum.

k *Vel perſonæ*.quia pupillus,vel vidua.

l *Vel tẽporis*.quia fortè feriè appropinquãt. Et ſic no.ꝙ poſſunt deminui dilationes iſtæ : vt hîc,&.ĩ.de re iud.l.qui pro tribunali.&. C. de dila.l.ſiue.non augeri: vt.C.de dila. l.j. ſed videtur quòd nec deminui:vt.ſ. eo. per interualla. Sed intellige ibi non minus : niſi iudex videat quare ſit. Acc.

m *Ordinem*.i.numerũ.

n *Compendiũ*.id eſt numerum dierum.

o *Et poſt. Abſens*. ſcilicet reus.

p *Citari*.quintò.

q *Debet*.i.poteſt:vt ex ſuperiori.l. patet. alij dicunt hoc neceſſe eſſe:aliàs ſententiã nullã:vt.C.de ſen.& interlo.prolatam. & no. quòd hæc edicta proponebantur in albo quodã loco,quòd quis veniat ad cauſam:vt.ĩ.de re iu.cõtumacia.§.j.vt ita fieret ei notũ per ſe,vel per alios legentes:quod nõ eſt hodie in vſu:ſed per executores miſſos ad domũ rei ſic fit citatio : ſed olim & per præcones citabãtur:vt in auth.de liti.§.omnẽ.col.viij. Item ordinarius proponebat.delegatus autẽ qui pedaneus dicitur,vt.C. de peda. iu.l.pe.nõ poterat.& in auth.de exhi.§.ſi verò. col. v. ſed ibi ante lit.conteſt.loquitur.ſed per ſuã admonitionẽ poteſt fieri contumax aliquis:vt.C.quomodo & quando iu. l. ij. Item ex eo quod hîc dicit,pronuntiabitur,patet quòd lis erat conteſt.in omnibus præcedẽtibus legibus.aliàs autem non poſſet dari definitiua iure veteri,niſi in cauſa appellationis:vt.C.de tẽ.& re.app.l.ſi ſed ho-
E die ſic actore abſente:vt in auth.de lit.§.ſi vero initiũ.col.viij. licèt quidã ibi de interlocutoria dicãt loqui,quod eſt falſum: quia dicit,veritate ſubtilius requiſita,&c.quod non fit niſi in definitiua:vt.C.e.l.iudices.reo autem abſente non:quia fauorabiliores, &c.vt.ĩ.de reg.iur.l.fauorabiliores.nec ob. in authen. vt omnes obe.iu.prouin.§.ſiue igitur. colla.v. qui ibi erat quaſi conteſt. in reũ.ſed qualiter ante lit.conteſt.fiebat citatio ? Reſpõ.vt & poſt: cum ratio diuerſitatis reddi non poſſit:vt arg.ĩ.de verbo.oblig.à Titio.Item nonne eſt neceſſe hæc edicta & maximè peremptoriũ peruenire in notitiam citati?Quidam ſic:vt.ĩ. quæ ſen. ſine ap.l. j.§.item,Tu dic contra:quia ſufficit ad domum ſolenniter nuntiari:vt ar.C.quomodo & quando iu.l.ab eo.&.ĩ.de dam. infec. l.iiij.§.abeſſe.&.C.de anna.except.l.pe. in fi. nec ob.d.l. quia ibi dicit ad maiorem exaggerationem.

r *Præſentem*.ſcilicet actorem.

ſ *Abſens*.ſcilicet reus.
A
do legatum:hoc eſt verum,niſi in tribus caſibus,in quibus filius non perdit legatum : licèt querelam agendo ſuccubuit . primo ſi filius deſtitit,& non perſeuerauit in propria lite,non perdit filius legatum.Item ſi abſente filio extraneus inſtitutus fuit abſolutus: natus filius non perdit legatum.Item ſi idem fuit rogatus alij reſtituere . nã & hoc caſu legatum non perdit. ex his apparet ſolùmodo talis caſus . ſed pone: Pater meus me inſtituit:& me rogauit vt hered. totam alij reſtituerem.omiſi hered.& ſic deuenit ad ſubſtitutũ mihi,& ſic ſubſtitutus habuit . egi contra ſubſtitutũ querela in offic. & ſuccubui. perdo quod habere debebam iure Falcidiæ. aliã autem partem hered. habeo ego filius,vt alij reſtituam.[SI QVIS.] Auus maternus nepotem ex filia ſua arrogauit . ex conſtitut . diui Pij debet iſte filius arrogatus quartã habere. Vnde ſi iſte auus maternus fecit teſtamentum,& hunc nepotem arrogatum exheredauit , iſte nepos habebit quartã : licèt egit querela,& ſuccubuit,quod facere nõ debuit : quia repellendus fuit , quia habuit quartam ex cõſtitut.diui Pij : ſed non ideo quartam amittit. [SI EX CAVSA.] Pater meus me exheredauit,& extraneũ inſtituit : ſuo teſtamento legata reliquit:libertates ſeruis ſuis dedit.egi contra illum extraneũ inſtitutum , & obtinui. quid erit de his quæ ſunt in teſtamento relicta?Et dicit ꝙ legata nõ valent , nec libertas. hæc vera ſunt ſi extraneus heres nõ ſoluit.ſed ſi extraneus heres ſoluit, repetere poteſt:& ego filius repetam ſi ille ſoluit de burſa hereditaria.ſed ſi ipſe ſoluit de ſuo,ipſe heres repetat . Hæc vera ſunt ſi ego filius egi intra quinquẽnium . Sed pone quòd egi poſt quinquẽnium:quia fuit reſtitutus,& obtinuit.dicitur quòd valent libertates directæ & fideicommiſſ.verũtamen quilibet ſeruus dabit mihi.xx.aureos.ſed ſi egi intra quinquẽnium vt dixi , directæ non valent,ſed fideicommiſ.debent præſtari : & quilibet ſeruorum manumittendorum dabit.xx.aureos.h.d.cum.l.ſeq.

† Qualis fuerit bonorum poſſeſſio, docet Alciat. li. Parerg.8.ca.24.

* patris.

ficioſi querelam [a] patrem filij ſui nomine inſtituere non poſſe inuito eo.ipſius [b] enim iniuria eſt.

Querela etiã quæ eſt præparata, non tranſit ad patrẽ qui bona occupat iure peculij,non iure hereditario.Bartolus.

Sequẽti loco ſcribit:ſi filius poſt adgnitam litis ordinandæ [c] gratia bonorum [d] poſſeſſionem [e] † deceſſerit , finitã [f] eſſe inofficioſi querelam:quę non patri * ſed nomine dabatur filij.

Deſiſtens ſemel ab hac accuſatione,poſtea non auditur.Bart.

Si quis poſt rem inofficioſi ordinatam,litem dereliquerit, [g] poſtea non audietur.

Dignitas inſtituti hanc querelã non impedit.Bartolus.

Si imperator ſit heres inſtitutus, [h] poſſe inofficioſum dici teſtamentum , ſæpiſſimè [i] reſcriptum eſt.

Teſtamentum veterani ſubiacet querelę,niſi intra annum miſſionis deceſſerit.Bartolus.

Papinianus libro ſecundo reſponſorum ait,contra [k] veterani patrisfamilias teſtamentum eſſe inofficioſi querelam , etſi ea ſola bona habuit,quæ in caſtris quæſierat . Si quis in militia fecerit teſtamẽtum, & intra annum poſt militiam deceſſerit : dubito an quia ad hoc vſque temporis iure militari teſtamentum eius valet, [l] querela inofficioſi ceſſet . Et poteſt dici querelam inofficioſi ceſſare. [m]

Tabulę pupillares non ſubiacẽt querelæ per ſe,ſed rupto teſtamẽto paterno in totum,& ipſæ tabulæ pupillares rumpuntur : ſecus ſi pro parte.Bartolus.

Sed nec impuberis [n] filij mater inofficioſum teſtamentum dicit: quia pater ei hoc fecit. [o] & ita Papinianus reſpondit.nec patris frater, [p] quia filij teſtamentum eſt. ergo nec frater impuberis, [q] ſi patris non dixit. [r] Sed ſi in patris [ſ] obtentum [t] eſt : nec hoc valebit, niſi ſi pro parte patris reſciſſum eſt. [u] tunc enim pupillare valet.

Si quarta cauſa mortis donetur, querela excluditur.h.d. Illud hodie corrigitur:quia debet habere

a *Querelam*. circa teſtamentum matris.

b *Ipſius*.ſcilicet filij tantum.ſed mala ratio videtur . nã in actione iniuriarum præfertur pater : vt infra de iniur. l. ſed ſi vnius.§. filio.Sed dic quòd illa tãgit patrem,vt etiam ſuam habeat actionẽ pater.hîc non:imò & ſi eſſet inſtitutus filius , poſſet nõ adire: vt dicitur de ſeruo:vt.C.de hered.inſtitut.l.iiij. Item not. hîc argum.quòd querela non eſt actio:aliàs eſſet patri quęſita iure veteri in totum:hodie quo ad vſumfructum , & inuito filio intenderet:vt.C.de bo.quæ lib.l.fi.§.vbi autem.Accurſius.

Querela inoffic non eſt actio.

c *Ordinandæ*.contra inſtitutum ab auo materno.

d *Bonorum*.tres ſunt bonorum poſſeſſ.quæ non tribuunt ius,ſcilicet Carboniana:& quæ datur vẽtri:& hæc de qua hîc dicit,quæ datur his qui erant incogniti iure ciuili : vt filio emancipato , & poſthumo alieno:& aliis cognatis. nam cum querela ſit de iure ciuili,nõ dabatur prædictis perſonis,quæ de iure ciuili ſunt incognitæ:ſed quoddam ſignum petebãt vnius rei hereditariæ, anuli vel alterius rei:vt ſic à prætore recognoſcerẽtur , & ad querelam admitterentur:& de hac hîc dicit,& ſupra eo.poſthumus.in fi.& ſupra eo.l.proxi.&.C.eo.l.ij.

Bonorũ poſſeſſiões tres ſunt quæ ius nõ tribuunt.

e *Poſſeßionem*.in bonis matris.

f *Finitam*. nec enim tranſit ad heredem , cum non habet heredem:vt infra de caſtren. pecu. l. ij. aliàs tranſiret, cum præparata ſit : vt ſupra eo. l. poſtumus.§.fin. hodie etiam ab inteſtato habet heredem:vt in authen.de hered.ab inteſt. veni.§.j. coll.ix. & ſic tranſiret querela . Sed quare querela non dabatur patri occupanti iure peculij bona , ſed reſtitutio in integrum , ſic ſupra de minoribus.l.iij.§.Pomponius ? Reſpondetur, [a] quia querela eſt odioſa.Accur. ADDITIO. Iſta glo.eſt ſingularis quòd querela hodie tranſit ad patrem,ſecundum Bald.

a ] quia filij iniuria eſt.ſ. hac.l in pr.l. filius j̃ eod. Cuiac. lib.9. obſ.ca.14.

g *Dereliquerit*.prorſus deſiſtendo:vt ſupra titu.j.l. deſtitiſſe. Vel dic eo ipſo quòd die ſtatuta à iudice non egit: ſicut eſt in accuſatione:vt.C.qui accuſa. non poſſ.l. ſi ea. Sed in cauſis ciuilibus aliis ſerua quod dicitur.ſ̃.tit.j. ad peremptorium . cũ ſeq.

h *Inſtitutus*. & filius exheredatus.

i *Sæpiſſimè*.idem ſi deũ quid fecerit heredem: arg.infra ad.l. Fal.l.j.§. ad municipum . Vnde Auguſtinus . Qui deũ vult inſtituere, filiũ autem exheredare, alium quærat pro cõſilio, vel qui recipiat , non Auguſtinum.

Filius in bonis paternis deo præfertur.

k *Cõtra veterani*. ſecus in militante adhuc : vt j̃. eo. ſi inſtituta . §. de inofficioſo.quę eſt cõtra. Item ſecus in filiofam. etiam veterano: vt.C.eo.l.fi. Sed hodie videtur habere locum querela in caſtrenſi & quaſi caſtrẽſi peculio: vt in authẽ.vt cũ de ap. cog.§. aliud quoque. verſi.ſancimus itaque. coll. viij. & in authen. de ſan.epiſc.§. presbyteros.coll.ix.

Adde §.7.j̃. eodem.

l *Valet*. vt inſtitut. de mili.teſta.§.quinimò.

m *Ceſſare*.ſcilicet inofficioſi teſtamenti querelam:arg. j̃. de mili. teſta.l.ex militari.§.j.& ad le.Fal.l.ſi miles.

n *Sed nec impuberis*. pater filium impuberem inſtituit . eidem extraneum turpem ſubſtituit: moritur impubes in pupillari ætate: ſubſtitutus accepit hereditatẽ: mater pupilli mortui fraudata filij hereditate inofficioſum dicere vult:non poteſt,& redditur ratio:quæ ratio eſt materia ſecundæ quæſtionis, an frater defuncti teſtatoris admittatur : & eodem mantello reuoluto defenditur ſubſtitutus:& infert quòd nec frater impuberis admittitur,ea ratione qua mater.

o *Hoc fecit*.non filius,de cuius inofficioſo teſtamento agitur: & ſic eſt bona ratio contra matrem.

p *Frater*.qui ſubſtituit turpem perſonam.

q *Impuberis*.qua enim ratione excluditur mater , & impuberis frater:vel qua ratione excluditur pater, eadem frater impuberis. Et ſic not.quòd hæc lex variãtem heredem admittit.ſic.j̃.de col. bo.l.nonnunquam.Sed ar.contra.C. de teſti. ſi quis teſtibus . Et eſt ratio quare hîc admittatur variatio,ſecũdum quoſdam , quia teſtamentum eſt patris & filij.quæ reſponſio non valet : quia nõ tractatur niſi de teſtamento impuberis.i.de ſubſtitutione.Dic ergo quòd verè patris eſt etiam ſubſtitutio. quãtum ad ordinationem filij:aut verius quia de ſua hereditate agitur:vt ar.j̃.de vulg. ſubſti.l.patris & filij.

r *Non dixit*.ſcilicet teſtamentum inofficioſum.

ſ *Si in patris*.ſcilicet teſtamentum.

t *Obtentum eſt*.ſcilicet à fratre impuberis,& in totum . vnde nec hoc.ſ.pupillare valet,quia pars eſt & ſequela paterni teſtamenti: vt inſti.de pup.ſub.§.liberis.Sed quomodo potuit in ſolidum reſcindi,cum non poſſit dicere niſi pro parte ſua:vt infra eo.mater? Reſpon.de facto fuit:vt ſupra eo.l.poſthumus.§.ſi quis.At rumpi non poteſt per contra tabu. vel adgnatione poſthumi , niſi in totum: vt infra de iniuſt.teſt.l. pe. Sed cum rumpitur pupillare, rupto paterno per querelam,vt hîc:quare non per contra tabul. vt infra de vulg.& pup.ſub.ex duobus.§.fin.&.l.ſeq.cum per cõtra tabul.teſtamentum irritetur:vt infra de leg.præſtan.l.j. &. C. de col.l.vt liberis.circa prin.Reſpon. imò non irritatur , quia de iure prætoris,non teſtamenti,quæritur in contra tab.vt infra eo. filio.§.contra tabu.

u *Reſciſſum eſt*.ſcilicet teſtamentum.



UNED

quartam iure inſtitutionis: vt in authen.vt cum de ap.cog.§. aliud quoque capitulum.Bart.

Si quis mortis cauſa filio donauerit quartam partem eius quod ad eum eſſet peruenturum ſi inteſtatus paterfamilias deceſſiſſet:puto ſecurè [a] eum teſtari.

Propter pupillarẽ ſubſtitutionẽ filius non habet querelam.Bart.

Si quis impuberi filio ſubſtituit ſecundas tabulas faciendo:nõ ob hoc admittemus [b] ipſum impuberem ad inofficioſi querelam.

Facit partem qui non admittitur ad partem, ſed admitti ſperatur.Bartolus.

Quoniam autem quarta debitæ [c] portionis ſufficit ad excludẽdam querelam: videndum erit an exheredatus partem faciat, [d] qui nõ queritur: [e] vtputa ſumus duo filij exheredati. Et vtiq; faciet, [f] vt Papinianus reſpondit.Et ſi dicã inofficioſum: [g] non totam hereditatem debeo,ſed dimidiam petere. Proinde ſi ſint ex duobus filiis nepotes,ex vno [h] plures, tres puta,ex vno vnus:vnicum ſeſcuncia, [i] vnum ex illis ſemuncia [k] querela excludit.

Quarta intelligitur deducto ęre alieno,& funeris impenſa ſeruis libertate donatis.h.d. primò. Item inſtitutus primo gradu ex cauſa habet querelam cõtra ſibi vulgariter ſubſtitutum:& omittẽdo hereditatem nõ incidit in edictum. hoc dicit.Primò ponit vnum edictum.Secundò format duas quæſtiones,& eas determinat. Tertiò ponit dictum inconueniens quod ſequitur in vna determinatione. B Quartò dat vnum remedium ſeu conſilium contra dictum inconueniens.Secunda ibi, ſed an & libertates. Tertia ibi, cum igitur. Quarta ibi, niſi forte. Prima pars eſt clara.Bartolus.

Quarta autẽ accipietur ſcilicet deducto ęre [l] alieno,& funeris impẽſa.Sed an & libertates quartã [m] minuant,vidẽdum [n] eſt: & nunquid [o] minuãt.nam ſi cũ quis ex aſſe heres inſtitutus eſt, ideo non poteſt dicere inofficioſum: quia C habet Falcidiam, [p] Falcidia autẽ libertates non minuit:poteſt [q] dici [r] deductis libertatibus quartã ineundã. Cũ igitur placet quartam minui per libertates, [s] eueniet, vt qui ſeruos tantùm habet in patrimonio [t] ſuo:dando eis libertatem,inofficioſi querelam excludat: [u] niſi fortè hic filius ſi non fuit in poteſtate, à patre heres inſtitutus meritò omittit hereditatem,& ad ſubſtitutum [x] trãſmit-

a *Securè*.hodie debet iure inſtitutionis: vt in authen. vt cum de ap.cog.§.aliud.coll.viij.

b *Admittemus*.nulla enim videtur eſſe facta iniuria ei, cum ipſe ſibi teſtari non poſſet: vt inſtitu.de pup.ſub.§.j.& facit.C.eo.l.ex tribus.ſed quid ſi per fideicom.& ita vltra pup.ætatem eum grauauit? Reſpon.olim agebat,cum quartam ſine onere nõ habebat: vt.j̃.eo. §. ſi cõditioni. hodie non,ſed vt remoueãtur onera: vt.C.eo. l.quoniam.ij.

c *Quoniam quarta debitæ*.ſ.ab inteſtato: vt. & C.eo.parẽtibus. hodie ſemis, vel triens: vt in authẽ. de trien. & ſe.§. j.coll.iij.Accur.

Adde.§.ſ. s̃.eod.&.l. 26.C.eod.

d *Partem faciat*. id eſt vt partem habeat tantùm, nõ totum. ſicque exponitur. j̃. de leg. j. huiuſmodi. §. ſi Titio. & de leg.ij.cũ pater. §. libertis.&.j̃.de bo.poſ. cõtra tab.l.j.§. ſi ex tribus.Accurſius.

e *Qui non queritur*. id eſt non cõqueritur:cõqueri tamẽ ſperat.nam ſecus ſi repudiaſſet: vt infra eo.qui repudiantis.quæ eſt contra. ADDITIO. Solue ſecundum Bart. hîc, quia ibi loquitur in eo qui non admittitur: nec admitti ſperatur, quia repudiauit.hîc in eo qui ſperatur admitti. de hoc vide eundem Bar. in.l. pater filium.j̃.eo.

f *Faciet*.ſcilicet partẽ. i. me admitti ad partẽ tantum: & ſic ſufficit quarta dimidiæ.

g *Inofficioſum*. ſ. in totum, & obtineam non totam, &c. vt ſupra eo.l. poſthumus.§.ſi quis ex his.Vel dic,non totam, id eſt non totum dico inofficioſum,quo perlato venitur ad petitionem hereditatis.

h *Ex vno*.id eſt altero.

i *Seſcuncia*.id eſt vncia & dimidia.

k *Semuncia*. id eſt media vncia: & hoc ideo quia in ſtirpem hereditas diuiditur: vt inſtitu.de hered.ab inteſta.§.cum filius.

l *Aere alieno*.ſic inſtitut.ad.l.Fal.§ cum autem.

m *Quartam*. debitã iure inſtitutionis: ex qua colligitur an etiam quarta iure naturæ minuatur: vt.j̃.Falcidia autem, &c. ſecũdum Io.& Hu.& Azo.poteſt etiam dici vt tota loquatur de quarta iure naturæ debita.

n *Videndum eſt*.quando filius exheredatur.

o *Et nunquid*. poteſt ita legi: nunquid minuant ſi cum quis ex aſſe heres eſſet inſtitutus. & abundat, cum. procede, & repete nunquid,& dic:nunquid ideo non poteſt dicere quia in ſolidum eſt heres.& ſic ſit &, pro vel: aut quia habet Falcidiam. facilior eſt tamen lectio ſi prætermittatur,nũquid minuant: vſque illuc, ſi cum quis,&c.& in fin.verſus legatur,nunquid,&c.ideo poteſt etiã legi vt neque ſi,neque cum abundet, litera ordinata in hunc modum: & nunquid minuant ſi quis ex aſſe eſt heres inſtitutus. & adhuc repete,nunquid:& aſſume,nunquid ideo nõ poteſt dicere inofficioſum teſtamentum,quia habet. Fal. poſtea ſequitur reſponſio: vt ponatur autem,pro ſed:& fiat repetitio cũ, prætermiſſi:& dicamus,ſed cum Fal.quæ debetur iure inſtitutionis, libertates nõ minuat, poteſt dici deducta quarta.ſ. debita iure naturæ,&c.Vel ponas in quæſtione, Falcidia autem,&c. & poſt reſpondetur,poteſt dici,&c.ſecũdum duas primas lecturas. Quod autem in libertate dicit ceſſare Fal. recipit diſtinctionem: quia cum aliquid alicui legatur vt ſeruum manumittat:an vt ſuum:& tunc patitur Falcidiam. an vt alienum:& tunc ita demum ſi plus eſt in legato quàm faciat pretium ſerui: vt.j̃. de fideicom.li.l.decem.& ad.l.Falcidiam,ſi ſeruus.&.l.ſeq.ſed in herede rogato ſerua quod hîc dicit. Sed nunquid hodie minuitur Falcidia per libertates? Reſpon.non: vt in authen.de trien.& ſe.§.prohibemus. col.iij.ſecundum Ioan.& ſic corrigitur quod hîc dicitur, poteſt dici,&c.Item ſecundum hoc quid ſi filius minus quarta habet,& aliqui ſerui ſunt teſtamento manumiſſi, & non ſit vnde ſuppleatur niſi ex ſeruis qui reuocantur in ſeruitutẽ? Reſpon.vt. j̃. de fideicõm.lib. l. generaliter. §.quid ergo.Plani⁹ pone caſum: ſed an & liber.&c.ſ. vt filio exheredato & alio inſtituto & libertatibus relictis. Item quod ſubiicit, & nunquid,&c.ſi filiũ inſtituo, & ſic grauo ꝙ quarta ei nõ remanet. Item quod ſequitur,cũ igitur, &c. retine eundem caſum: ſed ſic fuit grauatus quòd nil ei remanſit.

p *Falcidiam*. prima facie,quia totum habet.

q *Poteſt*. hoc refertur ad vtranque quæſtionem quãdo exheredatus,& quando in totũ inſtitutus.

r *Dici*.ſolutio vtriuſque quæſtionis,ſecundum Io.

s *Per libertates*. nõ autẽ libertates per quartam.

t *Patrimonio ſuo*. & nihil aliud.

u *Excludat*. quod eſt inconueniens.

x *Ad ſubſtitutum*. quẽ habet: & ſic cum non aditur hereditas ex teſtamẽto, nihil valet de his quæ in eo ſcripta ſunt: vt. C. de fideicõ. l.ea quã.nã nec ex ſubſtitutione,cum ea per querelam irritetur. Sed quid ſi ſit in poteſtate? Reſpon.ſi ſubſtitutus adiit,idem: & ſic deficient libertates: cum à ſubſtitutione pendeant: vt.j̃.de le.j. licèt intentata poſtea querela. Si verò non adiit, quia hic remanſit,nihilo minus heres qui abſtinuit,nec aliunde pendet ex gradu qui vitietur,libertates valebunt: vt.j̃.de fideicom.lib.l.cum quaſi.§.ſed & ſi quis. Et ſic no.quòd ſeruus hoc modo grauatur: vt & alibi.j̃. ad.l. Fal.ſi debitor.Item quod dixi pendere,verum eſt in fideicom.ſed quid in directis,cum ſtatim cõpetant: vt.j̃.de ma.teſt.l.teſtamento liber. Seruus enim ſtatim velit nolit eſt heres:& ſic valet:nõ etiã ſi primus gradus vitiatur:quia non poteſt, cum ſit inſtitutus. rurſus à ſecundo nõ pendet. Reſpon. imò hoc caſu cũ datur ſubſtitutus, non eſt heres neceſſarius:quia teſtator videtur ei permittere abſtinere:& ſic à ſecundo gradu pendet,qui poſtea vitiatur.Reſpõ. idem diſtinguẽdum in omnibus.ſ.an habeat ſubſtitutũ. & rationem diſtinctionis approbo per.l.quę eſt.j̃.de iniu.rup.teſt. nã & ſi.§.rumpendo.ſecundũ Azo. Sed ſiue ſit in poteſtate ſiue emancipatus,cum inſtitutus ſit,qualiter intẽtabit querelam: nec enim eſt exheredatus,vel pro exheredato habitus? Reſpon. poteſt iure veteri,quia quartam non habet: vt.C.eo. omnimodo. Vel dic ꝙ erat inſtitutus pure,& exheredatus ſi nollet ex teſtamento heres eſſe:licèt hæc exheredatio ſit inepta, exheredo te ſi non vis eſſe heres: quia qui non vult eſſe heres, ipſe ſua voluntate videtur ſe excludere ab hereditate: vnde ſuperflua eſt exheredatio,tamen tenet:quia non ſequitur,non vult eſſe heres ex teſtamento, ergo non vult eſſe heres.& probantur prædicta.j̃.de here.inſtit.l. iam dubitari. Vel dic, agit querela, quia non poteſt contra aliquam agere ad ſupplemẽtum:cũ ipſe ſine dolo ſuo, vt excludat fraudẽ defuncti,repudiet hereditatem. Vel plenius ſecundum Azo. loquitur de querela inofficioſi teſta.i.de bo. poſſ. contra ta. quam habet ſiue nullo modo inſtituatur, ſiue exheredetur inutiliter de iure,vel inutiliter quantum ad emolumentum: vt hîc,&.j̃.de bo.poſſ.contra ta.l.non putauit.§.non quæuis.

*Inteſtato*

a *Inteſtato*. ſi non habet inſtitutum, vel non accepit.
b *Citra edicti*. illius. ſ. ſi quis omiſ. cau. teſt. & hoc ideo, quia facit vt fraudem defuncti repellat: vt infra ſi quis omiſ. cauſa teſt. l. qui autem. §. non ſimpliciter. & .j. de leg. ij. cum pater. §. Titio.
c *Iuſſit*. vt ita ſit heres ſi decem dederit filio teſtatoris exheredato.

tens, querelã inofficioſi inſtituet: vel ab inteſtato [a] citra edicti [b] pœnam habeat hereditatem.

Datum cauſa conditionis implendæ, in legitimam imputatur, & querelam excludit. Bartolus.

Si conditioni parere teſtator heredem iuſſit [c] in perſona filij B vel alterius qui eandem querelam mouere poteſt, & ſciens is accepit: videndum ne ab inofficioſi querela excludatur. [d] adgnouit enim iudicium. Idem eſt [e] & ſi legatarius ei vel ſtatuliber dedit. Et poteſt dici excludi [f] eum, maximè [g] ſi heredem ei iuſſerat dare. Cæterùm ſi legatarium, nunquid ſemel natam inofficioſi querelam non perimat legatarij oblatio? Cur ergo in herede abſolutè diximus? Quoniã [h] ante aditam hereditatem nec naſcitur querela. [i] Ego euentum [k] C puto ſequendum in hac re: vt ſi fortè antequam [l] iudicium moueatur, oblatio ei fiat eius quod relictum [m] eſt: quaſi ex voluntate teſtatoris oblato eo ſatis ei factũ videatur. [n]

Grauatus de reſtituendo poſt certum tẽpus, fructus medij temporis ſibi in legitimam computet. Bartolus.

Vnde ſi quis [o] fuit inſtitutus fortè ex ſemiſſe, cum ei ſextans ex ſubſtantia teſtatoris debere- D tur, [p] & rogatus eſſet poſt certum temporis reſtituere hereditatem: meritò dicendum eſt nullum iudicium [q] mouere: cum debitam portionem & eius fructus habere poſſit. fructus enim ſolere in Falcidiam [r] imputari non eſt incognitum. Ergo [s] & ſi ab initio [t] ex ſemiſſe heres inſtitutus rogetur poſt decẽnium reſtituere hereditatẽ, nihil habet quod queratur: B quoniam facilè poteſt debitã portionem eiúſque fructus medio tẽpore cogere.

Poteſt quis eligere vtrum dicat nullum, vel inofficioſum. Barto.

Si quis & irritum [u] dicat teſtamentum vel ruptum, & inofficioſum: conditio [x] ei deferri debet vtrum prius mouere [y] volet.

Ius reſcindens poteſt in modum contradictionis proponi. Barto.

Si filius exheredatus in poſſeſſione ſit hereditatis, ſcriptus quidem heres petet hereditatem: [z] C filius verò in modum contradictionis [a] querelam inducat: quẽadmodum ageret ſi non poſſideret, ſed peteret.

Quod aufertur ab indigno, applicatur fiſco. Item indignus eſt contra quem præſentem ſententia in querela profertur. Bart.

Meminiſſe autem oportebit eum qui teſtamentum inofficioſum improbè dixit, & non obtinuit: [b] id quod in teſtamento accepit, perdere: [c] & id fiſco vin- D dicari, quaſi indigno ablatum. [d]

Sed ei demum aufertur quod teſtamento datum eſt, qui vſque ad ſententiam iudicum lite

d *Excludatur*. & certè excluditur. agnouit enim, &c. ſecundũ Azo. ſed Hu. dicit hîc nõ reſponderi: ſed cauſam dubitationis poni.
e *Idem eſt*. ſ. reſpõdendum ſecundum Azo. vel quærẽdum, ſecundum Hu.
f *Excludi*. imò adhuc agit vt quarta ſaltẽ ſibi impleatur: vt. C. eo. ſcimus. in prin. & .§. ſancimus. verſi. repletionẽ. quæ eſt cõtra. Sol. nec ibi agitur quærela: ſed cõdictione ex lege. Itẽ nec poteſt negari quin vetera iura in hoc corrigantur: quia olim nõ agebat ad ſupplemẽtũ ſi agnouiſſet legatum: vt hîc. Itẽ ſi non agnouit, agebat querela, hodie non.
g *Maximè*. quare hoc ſtatim dicet.
h *Quoniã*. reſpõ. quoniam, &c.
i *Querela*. vnde nec quinquennium currit prius: vt. C. e. ſcimus. §. illud. erit ergo ratio, quia facilius impeditur cõpetitura, quàm iam nata extĩgueretur: arg. .s. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. l. patre furioſo.
k *Euentum*. id eſt dationem & acceptionẽ. nam oblatio tãtum interceſſit.
l *Antequam*. maximè. nam idem ſi poſt.
m *Quod relictum eſt*. & accipiatur. Accurſius.
n *Videatur*. niſi quòd agitur ad ſupplementum iure nouo: vt modo diximus: ſed videtur quòd talia nõ debeant imputari in quartã: vt infra ad. l. Fal. l. id autem. quæ eſt contra. Sol. hîc dicit de quarta iure naturæ: ibi de Treb. ſecũdum M. Vel dic, hîc imputatur, ſcilicet vt non poſſit agi de inofficioſo: quia confirmare videtur accipiendo: ibi autem nõ imputatur in quartam iure inſtitutionis quo minus poſſit habere quartam de legatis, ſi in aliis rebus quartã non habeat. prima autem ſolutio ſtare non poteſt: quia quidquid datur ei qui hereditatem reſtituere debet, in quartam imputatur ei: vt infra ad. l. Fal. in quartam. §. j.
o *Vnde ſi quis*. infert ex. §. quoniam autem quarta. quia enim dixerat quartam ſufficere ad excludendum: vnde ſi quis, &c. & merito dicendum eſt, &c. vel ad proximum. §.
p *Deberetur*. ſcililicet ab inteſtato cuius quarta erat ſemuncia, ſecundũ M. alij ſextans debetur ex neceſſitate ſcilicet. & pone exẽplum in eo qui habet filium & filiam ex altero filio præmortuo: qui cum ſuccedat cum deminutione tertiæ partis, remanẽt ergo octo vnciæ ab inteſtato filio: quarum quarta eſt ſextans: vt inſti. de hered. quæ ab inteſt. §. item vetuſtas. verſi. diui. & .C. de ſuis & le. here. l. ſi defunctus.
q *Nullum iudicium*. Sed quod iudicium poteſt mouere, cum ſit inſtitutus: & poterat etiã agere ad ſupplemẽtum? Reſpon. poterat queri dicens ſe habere minus quarta, ſecundum Hu.
r *In Falcidiam*. ſ. iure naturæ. alij Trebel. Sed certè non videntur imputari: vt. C. ad Treb. l. iubemus. in fi. quæ eſt contra. Solu. ſecundum quoſdã ibi loquitur in liberis primi gradus: hîc in vlterioribus. Nam & in aliis eſt inter eos differentia: vt. j. de here. A inſtitu. ſuus quoq;. & .l. vj. §. j. Tu dic quòd hic filius rogatus erat poſt certum tempus reſtituere: & cum certum tempus eſſet venturum, per conſequẽtiam erat certum ꝙ quartam & eius fructus medio tempore poſſet percipere. vnde via conquerendi ſibi denegatur: ibi verò rogatus erat non ad certum tempus, vt hîc: ſed ſub conditione quam non erat certum extituram, vel non extituram, ſcilicet ſi deceſſerit ſine liberis: nec certum erat an poſſet pendẽte conditione quartã & eius fructus conſequi: & cũ de ſuo debito bonorũ ſubſidio ſtatim debeat eſſe ſecurus, ſtatuitur vt ex principalibus rebus defuncti quartam detrahat. nõ enim ſine ratione hîc poſuit certum tempus, id eſt decennium. & hoc in filiis primi gradus: in cæteris ſpectatur conditionis euentus: vt ſi interim quantum ſufficit ad quartam & eius fructus percipiatur, excludantur à querela, aliàs non. Azo. Item not. ꝙ in Falcidia iure inſtitutionis debita non vidẽtur imputari fructus: vt inſtitut. de le. Falc. §. quantitas.
ſ *Ergo*. clarius idem repetit.
t *Si ab initio*. quia vbicũque poteſt habere quartã & fructus eius, repellitur à querela: ergo & hic. & poteſt dici vt hîc ſit exemplum ſuperioris proximi dicti.
u *Si quis & irritũ*. per cap. demi. ſed ruptum per aliud teſtamẽtum: vt inſti. qui. mo. teſt. infir. §. non tamen. & .§. poſteriore.
x *Conditio*. i. electio.
y *Mouere volet*. omnibus enim ſimul non poteſt: vt. j. de reg. iur. l. nemo ex iis. §. quotiẽs. Sed acta vna, alia poterit agi etiam poſt quinquennium: vt. C. eo. l. eum. & .l. contra maiores. Accur.
z *Petet hereditatem*. propoſita petitione hereditatis. Aliud ſi condictione ex. l. diui Hadriani ageret ad poſſ. vt. C. de edict. diui Hadria. tol. l. fi. Vel dic quòd hic filius incontinenti probabat ſe non iuſtè exheredatum. Vel dic quòd teſtamentum apparebat prima ſui figura vituperatum.
a *Contradictionis*. i. exceptionis: quia cui damus, &c. vt. j. de ſuperfi. l. j. §. quod ait. ſic & .s. ex qui. cau. ma. necnon. §. pe. & .j. de E bo. poſſ. l. iij. §. bonorũ. ibi, retinẽdíque, &c. & .C. vnde legi. l. non hoc. & .j. titu. j. l. ſi quis libertatem. vel id eſt reconuentionis.
b *Et non obtinuit*. id eſt ſuccubuit. ſic infra eo. l. etiam. Quid ſi appellauit, & pendente appellatione deſtitit? Reſpon. idem ac ſi in principali deſtitiſſet: ar. j. de bo. lib. qui cum maior. §. accuſaſſe. ſcilicet vt non perdatur: vt ſubiicit. ADDITIO. Dic ſecundum Pau. de Caſt. quòd per appellationẽ ſententia fuit reſciſſa, & ipſe fuit repoſitus in eo ſtatu in quo erat ante latam ſententiam: ergo ſi poſtea deſtitit, præſumitur deſtitiſſe nondum lata contra eum ſententia, & ſic non perdit: vt in iſto verſi. cæterùm.
c *Perdere*. ſic perdit patronus: vt infra de bo. lib. l. ſi patronus ex. in princ.
d *Ablatum*. No. regulã quæ alibi expreſſius non inuenitur: nec qui perdit, ſi ſe fiſco deferat, conſequitur præmiũ: ſcilicet medietatis: vt. j. de his qui. vt indig. l. v. §. fi. fallit tamen hæc regula. j. de his qui. vt indi. l. fi. §. fi. & .C. de lega. l. ſi legatarius.

improba perſeuerauerit. Cæterùm ſi ante ſententiam deſtitit [a] vel deceſſit, non ei aufertur quod datũ eſt. Proinde & ſi abſente eo ſecundum præſentem pronuntietur, poteſt dici conſeruandum ei quod accepit. [b] Eo autẽ ſolo carere quis debet, cuius emolumentum ad eum pertinet. Cæterùm ſi id rogatus fuit reſtituere, non debet iniuria [c] fieri. Vnde non malè Papinianus libro ſecundo reſponſorum refert, ſi heres fuit inſtitutus, [d] & rogatus reſtituere hereditatem, deinde in querela inofficioſi nõ obtinuit: [e] id quod iure Falcidiæ [f] potuit habere, ſolum perdere.

**Quarta ex cõſtitutione diui Pij excludit querelam. Item qui in quærela ſuccumbit, non perdit quod ei aliunde quàm ex teſtamento debetur. Bartolus.**

Si quis impubes adrogatus ſit ex iis perſonis [g] quæ & citra adoptionem & emãcipationem queri de inofficioſo poſſunt, hunc puto remouendum à querela: cum habeat quartam ex conſtitutione diui Pij. Quòd ſi egit, nec obtinuit, an quartam perdat? Et puto aut non admittendum ad inofficioſum: aut ſi admittatur, etſi nõ obtinuerit, quartam ei quaſi æs alienum concedendam. [h]

A a *Deſtitit*. parcitur pœnitenti: vt hîc, & infra de eo quod cert. lo. l. fin. & .ſ. quod me. cau. l. ſi cum ex. §. j. & de pub. hoc edicto. & .j. rem ra. habe. amplius. argu. contra .j. de ædil. edict. l. quis ſit fugitiuus. in princ. & .j. de fur. l. qui ea mente. & .j. vi bono. rap. l. penul. ADDITIO. Dic verũ eſſe quand pœnitet ante conſummatum delictũ: vt hîc. ſecus ſi poſt cõſummatum: vt in legibus cõtrariis .ſ. alleg. Pau.

b *Quod accepit*. quia nõ perſeuerauit in lite improba: vt dicunt: vel quia magis propter abſentiam videtur perdidiſſe, quàm quia habeat malã cauſam: vt .j. de euic. ſi ideo. & facit .j. de rep. l. fi. in fi. & quod no. .j. de iure fiſc. l. ſenatus. §. ſenatus.

c *Iniuria*. cui ſcilicet reſtituere debet. Acc.

d *Inſtitutus*. ſcilicet filius. Accurſius.

e *Nõ obtinuit*. id eſt ſuccubuit. Sed quomodo etiã fuit admiſſus cum fuerit inſtitutus? Reſpon. vt dixi .ſ. eod. l. §. quoniam autẽ quarta. in illa glo. ſ. quem habet, &c. ſcilicet quia cũ fuit rogatus, fuit ei datus ſubſtitut[9], propter hoc quòd timebatur ne etiã ille fideicõmiſſarius nollet. vnde tacitè intelligitur repetitum: vt .j. de le. j. licèt. ſi ergo omittat & accipiat ſubſtitutus, licèt nõ habeat effectũ ſubſtitutio: tamen cõuenitur querela quæ datur contra eum qui poſſidet pro herede, vel pro poſſeſſore: & ſi ſuccubuit, perdat Falcidiam. ſed nonne perdidit omittendo? Reſpon. non: ideo quia omnino omittebat, vt alia via caperet: ſicut qui omittit ex teſtamento vt habeat ab inteſtato.

f *Falcidiæ*. ſcilicet Trebellianicæ. vel dic etiam iure naturæ: pars autem reſtituenda non perditur: quia non debet per eum aliis iniqua cõditio afferri. Sed quero hîc, an filius poſſit habere duas quartas, & Trebellianicam, & debitam iure naturæ? Reſpon. ſi purè rogatus eſt de reſtituẽdo, non puto quòd vtramq; habeat: quia quia quod capit ſtatim per Trebellianicam, imputatur in eam quam debet habere iure naturæ: cum inſtitutus ſit, & aliquid poſſit habere iure inſtitutionis: vt .j. proxi. §. Item multo magis ſi detrahat quartam iure inſtitutionis: vt .j. proxi. §. Si autem rogatus ſit ſi decedat ſine liberis: ſtatim filio primi gradus conſulitur in quarta, vel hodie in triente: & in reſiduo tenet fideicommiſſum: de quo detrahet exiſtente conditione quartam. nec enim quartam habet ſtatim rogatus: tum quia pendet conditio: tum quia præmori poteſt fideicõmiſſarius: vt C. ad Treb. iubemus. ſi in diem certũ ſit rogatus, fortè idem eſt quod eſſet ſi ſub conditione: quia loco aditionis eſt reſtitutio, vt ſic & tunc quartam detrahat. & pro hoc eſt extra de teſta. Rainutius. licèt ſit arg. contra in authen. de here. & Fal. §. ſi quis autem non implens. col. j. & not. de his. C. ad. l. Falci. l. quanquam. Accur.

g *Ex perſonis*. veluti nepos ab auo paterno, vel materno, ſi filius exierit de poteſtate aui: vt inſti. de adop. §. ſed hodie.

h *Concedendam*. non quaſi ex defuncti voluntate, ſed quaſi ex conſtitutionis neceſſitate: vt .ſ. de adop. l. ſi adrogator.

i *Contra teſtamentum*. ſcilicet totum: alioquin ſi pro parte, valent libertates etiã in totum: vt C. eo. cum duobus. & dic vt ibi. Azo.

k *Ipſo iure*. fit hîc ius ex ſententia: vt infra eo. eum qui. §. fin. ſic in cauſa filiationis: vt infra de lib. ag. l. j. in fin. & l. ij. Sic & in cauſa ingenuitatis: vt ſupra de ſta. ho. ingenuum. Argu. contra infra eo. qui repudiantis. in fi. & dic vt ibi.

**Reſciſſo teſtamẽto non debentur legata vel libertates: & ſoluta repetuntur: ſed libertates debentur ſi poſt quinquennium agatur: vel etiam ante, ſi ſunt directò relictæ: ſed prætium pro eis præſtabitur. hoc dicit. cum. l. ſeq. Bart.**

Si ex cauſa de inofficioſi * cognouerit iudex, & pronuntiauerit contra teſtamentum, [i] nec fuerit prouocatum, ipſo iure [k] reſciſſum eſt, & ſuus heres erit [l] ſecundum quem iudicatum eſt, & bonorum poſſeſſor ſi hoc ſe contendit: [m] & libertates ipſo iure non valent, [n] nec legata debentur: ſed ſoluta repetuntur [o] aut ab eo qui ſoluit, [p] aut ab eo qui obtinuit. [q] & hæc vtili actione repetuntur. [r] Ferè [ſ] autem ſi ante controuerſiam motam ſoluta ſunt: qui obtinuit, repetit. & C ita diuus Hadrianus & diuus Pius reſcripſerunt. Planè ſi poſt quinquennium inofficioſum dici cœptum eſt [t] ex magna & iuſta cauſa, libertates non eſſe reuocandas quæ competierunt, vel præſtitæ ſunt, ſed viginti aureos à ſingulis præſtandos victori.

* de inofficioſo. forte, Si de inofficioſi cauſa cogno. ſit tamẽ infra legitur. l. 21. §. 2. vt. in hoc genere loquẽdi intelligatur, querela aut aliquid ſimile.

IX. MODESTINVS *libro ſingulari de inofficioſo Teſtamento.*

SI autem intra quinquennium egerit, libertates [u] non competunt: [x] ſed Paulus ait, præſta-

D

l *Erit*. niſi ſit colluſum: vt .j. de le. j. ſi ſeruus plurium. §. pe. Acc.

m *Contendit*. vt quia ſit de cognatis lineæ inferioris vel ſuperioris, vel filius emancipatus, qui non ſunt heredes, ſed bonorum poſſeſſores: vt inſtit. de bo. poſſ. §. quos autem. Sed hîc quomodo? Reſpon. egit filius, nec tamen bona vult: vel nec inferioris vel ſuperioris: vel fili[9] emãcipatus vel cognatus quẽ nemo repulit.

n *Non valent*. ſcilicet directę. nam fideicom. ſic: vt .j. l. proxi. Item hoc in ſeruis defuncti: ſecus ſi heredis: vt .j. eod. ſi ſub hac. quæ eſt cõtra. Sed vidẽtur omnes valere, & legata: vt .j. de excep. rei iud. l. j. Solu. poteſt dici aliud in inofficioſo teſtamẽto: aliud in rupto, vel irrito: vel iniuſto, id eſt non ſolenni: vt ibi. nam & in alio differũt: vt .j. eod. Titia. vel diſtingue quo agente dicatur iniuſtum: vt ſi agente herede, id eſt filio, obtineat quod hîc dicitur. ſi legatario: quod ibi. Vel ibi colluſio heredis adfuit, hîc contra: & nititur æquitate media ſo. ſcilicet proxi. præcedens: cum ius omniũ legatorum pendeat ab herede: ſed non econtra: vt infra de pigno. ſi ſuperatus. vbi etiam aliæ duæ ſolutiones ſunt. Azo. Itẽ contra .j. de leg. præſtan. l. virilis. §. ſi adierit. Sol. plus facit querela quàm cõtra tabu. vt dices .j. eo. filio. Vel dic, pro parte fuit adita. Vel dic vt ibi: hodie verò ex cauſa præteritionis vel exheredationis, &c. vt C. de lib. præte. vel exhered. authẽ. ex cauſa. & ſic corrigitur quod hîc dicitur. vel dic vt ibi. Accurſius.

Ius legatorum, ab herede pendet.

o *Repetuntur*. condict. inde. vt .j. de condictio. inde. l. iij.

p *Qui ſoluit*. ſi de ſuo ſoluit.

q *Obtinuit*. ſi de hereditate ſoluit.

r *Repetuntur*. ab eo qui obtinuit. nam qui ſoluit, habet directam. Azo.

ſ *Ferè autem*. ideo fere dicit, quia ſi ſcriptus de ſuo ſoluit ante motam controuerſiam, ipſe repetet, & non qui obtinuit. alioquin imputabitur ei ſi poſtea ſoluat: vel ideo, quia ſi ſcriptus heres cautionem interpoſuiſſet euicta hereditate legata reddi, & de hereditate ſoluta ipſe repeteret: vt .j. ad. l. Fal. dolo.

t *Cœptum eſt*. ſed quæ eſt ratio huius diſtinctionis ante quinquennium, vel poſt quinquennium? Reſpon. quia vbi poſt quinquennium dicitur inofficioſum: non contingit illud, niſi ex cauſa E magna reſtitutionis, vel quaſi diſpenſationis: vt hîc ſubiicit, & C. in qui. cau. in integ. reſt. non eſt neceſſ. l. ij. aliàs non: vt C. eo. ſi quis filium. in fin. ſed reſtitutio vel diſpenſatio contra libertatem, locum habere non poteſt, ſcilicet iam competentem: vt ſupra de mino. ſi ex cauſa. in fi. at ante quinquenniũ ſuo iure communi. vnde aliud eſt: vt .ſ. de mino. l. verum. §. quòd ſi minor. Item contra. C. de peti. here. l. fi. §. fin. quia ibi dicit, poſt annum. Sol. ibi in peti. here. cum teſtamentum nullum, non annullandum. Item & aliud contra eos ſeruos inducitur.

u SI *autem. Libertates*. ſcilicet directæ.

x *Non competunt*. idem ſi ex falſo teſtamento vel codicillo libertas fuerit poſtea præſtita, ſecundum quoſdam. ſed tu dic, ſi ex teſtamento falſo, ipſo iure non valent: vt C. de peti. here. l. fi. §. pe. in fi. Si verò ex codicillis falſis, tunc eſt idem quod hîc: vt infra de manu. teſt. l. cum ex falſis. quia à domino, id eſt herede ſunt manumiſſi, vel legatario dati vt manumittat.

*Fideicommiſſas.*

turum fideicommiſſas [a] libertates, ſcilicet viginti aureis † & in hoc caſu à ſingulis præſtandis.

Vbi ſunt diſſonæ ſeu diuerſæ ſententiæ, præualet ea quę eſt pro teſtamento. Bartolus.

X. MARCELLVS *libro tertio Digeſtorum.*

SI pars † iudicantium * de inofficioſo teſtamento contra teſtamentum, pars ſecundum id ſententiam dederit, quod interdum fieri ſolet, humanius erit ſequi eius partis ſententiam, quæ ſecundum teſtamentum ſpectauit: [b] † niſi ſi apertè iudices iniquè [c] ſecundum ſcriptum heredem pronuntiaſſe apparebit.

Qui aliquid percipit ex teſtamento, excluditur à querela: niſi aliis reſtituat. Bartolus.

Illud notiſſimum eſt, eum qui legatum perceperit, non rectè de inofficioſo teſtamento dicturum, niſi id totum alij adminiſtrauit. [d]

Qui ſuccumbit in querela, non perdit id quod extra teſtamẽtum capit. Bartolus.

XI. MODESTINVS *libro tertio Reſponſorum.*

ETiam ſi querela inofficioſi teſtamenti obtinuerit: [e] * non ideo tamen donationes quas viuus ei perfeciſſe [f] proponitur, infirmari, [g] neque in dotem datorum partem [h] vindicari poſſe reſpondi.

Siue quis agnoſcat relictum ſibi directò, ſiue per conſequentiam, repellitur à querela. Bartolus.

XII. IDEM *libro ſingulari de Præſcriptionibus.*

NIhil intereſt, ſibi relictum legatum filius exheredatus adgnouerit, an filio ſeruóve relictum conſecutus ſit. vtrubique enim præſcriptione [i] ſummouebitur. [k] Quinetiam ſi idem [l] inſtitutum ſeruum [m] prius quàm adire hereditatem iuberet, manumiſerit, vt ille ſuo arbitrio adeat hereditatem, idque fraudulẽto [n] conſilio fecerit: ſummouebitur [o] ab actione. Si à ſtatulibero [p] exheredatus pecuniã petere cœperit, [q] videri adgnouiſſe parentis iudicium.

Petitio ſine effectu, non remouet filium à querela. Bartolus.

Si cum filius ademptum [r] legatum [ſ] inſtituerit petere, ſummotus repetat inofficioſi querelam: præſcriptione remouendus non eſt. Quamuis enim agendo teſtamentum comprobauerit: [t] tamen eſt aliquid quod teſtatoris vitio reputetur, vt meritò repellendus non ſit. [u]

Quod alicui per conſequentiam quæritur abſque facto ſuo, eum non remouet à querela. Bartolus.

Filius teſtatoris qui cum Titio eiuſdem pecuniæ reus [x] fuerat, [y] liberatione Titio legata, per acceptilationem Titij liberatus, [z] ab actione inofficioſi non ſummouebitur. [a]

---

a *Fideicommiſſas.* ſecus in directis ſi ante quinquennium dicatur inofficioſum: vt ſupra.l.proxi.in fin.& eſt ratio, vt dicunt, quia fideicomiſſariæ duplici auctoritate nituntur, id eſt herede & teſtatore: directæ ſolo defuncto. Item not. quòd hodie nihil præſtatur: quia ex cauſa præteritionis, &c. vt dixi ſupra. l. proxi. in fin. magnæ glo. ſcilicet directæ.

† Solidis.l. 47.j. de manumiſſ. teſt.

† i. ſeptẽ virorum hoc Marcelli tẽpore.

* Coniunge l.17.de re iudica. & vide in hunc locũ Problem. Ariſ. ſectio.17.

† pronunciauit.

S *I pars.*] CASVS. Exheredatus fui à patre meo: & cum vellẽ agere querela inoffi. delegati ſunt quatuor iudices inter me & heredem inſtitutum: duo dederunt ſententiam pro me: alij duo pro extraneo inſtituto. Dicitur hîc quòd ſententia illorum valet, qui iudicant pro teſtamento: niſi, &c. [ILLVD.] Filius exheredatus percepit legatum ſibi ab herede inſtituto relictũ. Dicitur hîc quòd talis filius nõ aget amplius querela, niſi eſſet aliàs reſtituturus. Viuianus.

b *Spectauit.* & dic ꝙ pares erãt partes. aliàs ſtaretur maiori parti: vt.ſ.de arbit.item.§.fi. &.l.ſeq.&.j.de re iud. l.duo ex tribus. Idem ſeruatur in cauſa liberali: vt.j.de re iudi.l. inter pares.&.j.de reg. iur.l.in ambiguis.

c *Iniquè.* id eſt per gratiam, vel per ſordes: quo caſu nõ valet ipſo iure: vt.C.quãdo prouo.non eſt neceſſ.l.venales. Vel melius dic inique, id eſt contra ius litigatoris.& ſic tenet ſententia: ſi tamen in cauſa appellationis hoc probetur. vel ſeruabitur ius commune. ſi ſint delegati, erit in pendenti: ſi ordinarij, pro reo: vt infra de re iudi.l.duo.&.l.inter pares. Accurſius.

* Hoc ita intelligendũ eſt, vt ſi contra eam cui res à viuo illius patre q̃ poſtea in querela obtinuit, ĩ dotẽ datæ ſunt, agatur, quaſi omnia perditura ſit quæ ab illo accepit, Modeſtini reſpõſo ſe tueri poſſi:. cõtra Haloãdrũ, qui legit, nõ obtinuerit. Ant. Aug. lib.4. emen. ca.17.

Negatiua quandoque in adfirmatiuam reſoluitur.

d *Adminiſtrauit.* ex neceſſitate: quia de hoc teſtator eum rogauit. Nam non videtur quiſquam, &c. vt infra de reg.iur.non videtur quiſquam.

E *Tiam.*] CASVS. Filius exheredatus egit querela, & ſuccubuit: non perdet dona. quam habuit à patre ſuo: ſi pater dedit pro filia dotem, illa dos non reuocatur. Viuianus.

e *Obtinuerit.* id eſt ſuccubuerit. Et ſic negatiua in affirmatiuam reſoluitur: vt ſupra eod. Papinianus.§.meminiſſe. ſic econtra.ſ. de dolo.l.non debet.in fin.

f *Perfeciſſe.* fuerat ergo emancipatus: aliàs non poſſet perfectè donare.

g *Infirmari.* quia non pendent ex teſtamẽto. ſic & in dona. cauſa mor. eadem ratione: vt.j.de his qui.vt indig.poſt legatum.§.qui mortis.& hoc niſi ſit teſtamento confirmata: arg.j.de bo.lib.l.ſi vero.§.penul.j.de contra tab. ſub conditione.§.fi. Sed H. econtra dicit quòd lex illa, poſt legatum. loquitur in eo genere donationis, quæ fuit facta vt non reuocetur, cum ſint duo genera: vt j.de dona.cau.mor.l.ij.&.l.ſenatus.§.mortis.

h *Partem.* quia pro parte egit querela filia dotata à patre viuo filio ſuo. Accurſius.

N *Ihil.*] CASVS. Pater exheredauit filium, & legauit ſeruo filij.x.filius agnouit illud legatum. quæritur an filius repellatur à querela? Et dicitur quòd ſic. Ratio, quia nihil intereſt, &c. Vnde ſi pater meus me exheredauit, & ſeruum meum inſtituit: ſi ego eum manumittam, non agam querela. [SI CVM.] Titius teſtamentum fecit, & filium exheredauit: & extraneum inſtituit: cui filio exheredato legatum in teſtamento reliquit: poſtea fecit codicillos, in quibus tale legatum filio ademit. egit filius iſte ad habendum legatum, & ſuccubuit: & ideo nihilominus poteſt iſte filius intentare querelam inofficioſi. [FILIVS.] Eram emancipatus à patre meo, & ego & Titius. x. illi patri meo debebamus inſolidum. pater meus fecit teſtamẽtum, & me exheredauit: & Titio liberationem legauit: & ſic fui ego per conſequens liberatus. Dicitur hîc quòd non ideo videor agnoſcere iudiciũ defuncti patris mei: & ideo potero agere querela. Viuianus.

i *Præſcriptione.* id eſt exceptione.

k *Summouebitur.* quia iudicium defuncti cõprobauit: & idem eſt cum quis ſibi aut filio aut ſeruo aſcribit. nam æqualiter punitur: vt infra ad leg. Corn. de Fal. l. de eo. & infra ſi quis omiſſ. cauſ. teſta. l.j.§. parui. Differt tamen alibi: quia petita contra tabulas legata dantur liberis, non autem ſeruis: vt infra de leg. j. l.iij. §.j.&.C. de bon. poſſeſ. contra tab.l.j. Item differt an fiat directò, vel per obliquum: vt infra eo. l.fina.& vt diximus infra de inter. act. ſi defenſor.§.illud. Item nota tacitè quem ſuo iuri renuntiare: vt ſupra eo.ſi pars.§.fina. & infra de leg. commiſ.l. penult. &. C. de pact. inter empt.l. commiſſoriæ. Accurſius.

l *Idem.* filius.

m *Seruum.* ſuum.

n *Fraudulento.* ob hoc ſcilicet vt fraudaret legatarios & fideicommiſſarios. Accurſius.

o *Summouebitur.* arg. ex prædictis quòd eligendo vnum contrariorum, alij renuntiare videtur. ſic ſupra de mino.l.ſi filius.& infra de contra tabu. l.iij.§. fina. argumen. contra. infra de leg.ij.l. debitor.§.ſeruo.& infra de le.præſt.l.iij. ſic infra de condic.inde. in ſumma.§.ſed & agere. Accurſius.

p *Si à ſtatulibero.* & ſic manumiſſo exheredato pecuniam daret. non dicas quòd fuerit rogatus per fideicommiſſum dare pecuniam: quia ſic ſtare non poſſet: vt infra de leg.j.l.planè.ij.in fin.&.l.ſeq.

q *Cœperit.* & conſecutus fuerit. Hugo.

r *Si cum filius ademptum.* ſcilicet in codicillis.

ſ *Legatum.* ſcilicet in teſtamento, quod fieri poteſt: vt inſtit.de adimen. leg.§.j.

t *Comprobauerit.* id eſt comprobaſſe videtur.

u *Non ſit.* ſic ſupra eod. Papinianus.§. quoniam. ibi, cum igitur, &c.

x *Reus.* id eſt debitor ex cauſa mutui.

y *Fuerat.* ſcilicet patri: quia emancipatus erat.

z *Liberatus.* nam vno reorum per acceptilationem liberato, & alius per conſequens dimittitur: vt.j.de noua.ſi rem.§.fina.

a *Non ſummouebitur.* quia non directò, ſed per obliquum lucratur: vt.j.eo.ſi is.§.ſi heres. aliàs contra: vt ſupra ead.l.j.reſpon.

ADDITIO. Solue ſecundum Bart. quòd hîc conſecutus eſt per conſequentiam abſque aliquo ſuo facto: ibi verò interuenit factum ſuum proprium.

T*itia.*] CASVS. Titia habebat duas filias & filium: vnam de filiabus inſtituit, & filium exheredauit vel inſtituit, & aliam filiã exheredauit: & legata reliquit filio: & ſic cauit: quæ dari fierı́ve iuſſi, dari fierı́ve volo. & ſi non valeat iure teſ. volo vt valeat ab inteſta. exheredata filia egit, & obtinuit pro parte ſua. an legata repetita ab inteſtato debeantur ex parte euicta, quæritur. Huic quæſtio. non reſpon. Scæuola: ſed alij, ſcilicet ſi quæratur, an ſi is qui teſtamentum feciſſet, cauiſſet vt ſi legata relicta in teſtamento ſuo non valeant iure teſtamẽti, quòd pręſtarentur ab inteſtato, an poſſit ſic fideicõmittere? Et reſpon. quòd. ſic. Paulus reprehendit eũ quare non reſpon. ad propoſitã quæſtionẽ. Dicit ergo quòd fideicom. ſic relicta nõ debentur, quaſi à demente relicta. Viuianus.

a *Filio*. exheredato, vel præterito, vel etiã inſtituto: & tunc dic, legatum. i. prælegatũ.

b *Dari iuſſero*. ſcilicet in futurum.

c *Eius*. qui erit heres etiam ab inteſtato.

d *Si ſoror*. ſcilicet Titiæ, quæ etiã agit contra filiã Titiæ, quæ eſt turpis perſona, ſecundum quoſdã. quod nõ placet. Vel dic ſoror inſtitutæ, quę poteſt agere: vt. ȷ̃. eo. mater.

e *Centumuirali iudicio*. id eſt petitione hereditatis, quæ à centumuiris eſt facta: vt. C. de peti. hered. l. fin. in princip. & hoc per lata querela.

* Coniunge l 88. §. vlt. de lega. 2. Duar.

† inteſtati.

*Apud centumuiros de hoc iudicio ſolitũ fuiſſe agi apparet ex. l. qui repudiãtis ȷ̃. ex. l. vlt. C. de lib. præter. ex Cicerone 1. de oratore, cũ ait in cẽtũuiralib⁹ iudicis teſtamẽtorũ ruptorum aut ratorum iura verſari. Ex Valer. lib. 7. ca. 6. & 8. ex Plin. lib. 5. epiſtol. 86. Vnde Duaren⁹ meritò emendabat inſcriptionẽ. l. 7. 28. & 31. huius tit legebátque nõ ſeptemuiralibus, ſed cẽtũuiralib⁹. Eodẽ quoque modo indicẽ iuriſcõſultorum emendandum puto. L. R. imò nihil ex antiqua & Flor. lectione eſt immutãdum: vt notaui ad l. 7. & 10. s̃. eod. Cont.

† Videtur legendum, à quaſi demente arg. l. 2. & 5. ĩ. eod.

Rupto teſtamẽto per querelam non debẽtur legata ex vigore repetitionis factæ ab inteſtato. Bart.

XIII. SCÆVOLA *libro tertio Reſponſorum.*

TItia * filiam heredẽ inſtituit: filio [a] legatum dedit: eodem teſtamento ita cauit: *Ea omnia quæ ſupra dari fieri iußi, ea dari fieri volo ab omni herede bonorúmve poſſeſſore qui mihi erit etiam iure inteſtato.* † *Item quæ dari iuſſero:* [b] *ea vti dẽtur fiántque, fidei eius* [c] *committo*. Quæſitum eſt, ſi ſoror [d] centũuirali [e] * iudicio obtinuerit, an fideicommiſſa ex capite [f] ſupraſcripto debeantur. [Reſpondi] ſi hoc quæratur, an iure eorũ quos quis ſibi ab inteſtato heredes, bonorúmve poſſeſſores ſucceſſuros credat, fidei committere poſſit, Reſpondi poſſe. Paulus notat. [g] Probat autẽ nec fideicõmiſſa ab inteſtato data deberi, quaſi † à demente. [h]

In ſucceſſione cõtra teſtamentum, filiorũ cauſa eſt potior, quàm cauſa parentum: quibus excluſis parẽtes admittũtur: licèt turbato ordine eis ſucceſſio debeatur. Bar.

XIIII. PAPINIANVS *libro quinto Quæſtionum.*

PAter filium emancipauit, & nepotem ex eo retinuit. emãcipatus ſuſcepto poſtea filio, duobus [i] exheredatis, patre præterito, vita deceſſit. [k] In quæſtione [l]

f *Capite*. id eſt repetitione facta ab inteſtato.

g *Notat*. ſ. reprehendendo Scæuolam, quia non reſpondit quæſtioni, & ipſe ſoluit. ſed in quo differt dictum Scæuolæ à dicto Pauli? Reſpon. dictũ Scæuolæ quando alio modo rumpitur, vel non valet teſtamentũ: ſed Pauli quãdo rumpitur per querelam.

h *Quaſi à demente*. vt hîc, &. ȷ̃. de le. iij. l. patronus liberto. §. fin. & s̃. eo. l. ij. &. ȷ̃. eo. qui repudiantis. §. cum contra teſtamentum. ſecus ſi aliter pronuntietur iniuſtum: quia tunc ab inteſtato data valent: vt. C. de fideicommiſ. l. ea quam. &. ȷ̃. ad Trebel. ſi patroni. §. fin. quæ ſunt contra. nam quando inofficioſum, perſona teſtantis deficit: aliàs alia accidentia. Accurſius.

P*Ater.*] CASVS. Habebam patrem, & etiam filium: & ſic pater meus me emancipauit: & filiũ meum qui eſt nepos ſuus, retinuit in poteſtate. poſtea habui alium filium. poſt hoc feci teſtamentum, & ambos filios meos exheredaui, & etiam patrem meum præteriui. Dicitur hîc quòd primò agent filij mei. ſecũdo loco pater meus aget. nec eſt mirum ſi pater ſuccedit filio: quod eſt quando ordo turbatur. & hoc dicit hæc lex cum princ. l. ſeq. quæ continuatur cum iſta. [HEREDI.] Filio exheredato agente, poſtea liti renuntiante, ſi decedat, an tranſmittat querelam ad heredem ſuum, quæritur. Et reſpon. quòd non. [FILIVS.] Habebam duos filios: vnum inſtitui, & alium exheredaui, & extraneum inſtitui: egit exheredatus contra extraneum, & obtinuit. an debitores conuenire poſſit, & à creditoribus conueniri: & ad iudicium diuiſoriũ cum fratre peruenire poſſit? Et reſpon. quòd ſic: nec obſtabit quòd pater partim deceſſit inteſtatus, & partim teſtatus: quia hoc non eſt abſurdũ: licèt aliud eſſet ſi quis filium in vno ſemiſſe inſtituiſſet: nec in alio. Viuianus.

i *Duob⁹*. filiis ſuis, vno. ſ. ĩ poteſtate aui retẽto, altero nato poſtea.

k *Deceßit*. ſcilicet filius emancipatus.

l *In quæſtione*. ſi quæratur cui datur querela prius.

m *Ad querelam*. ſed cum in ſubſidiũ datur querela: vt inſtit. eo. §. tam autem. &. ȷ̃. eo. qui de inofficioſo. & ad Carbo. l. j. §. generaliter. & huic datur contra tab. vt. ȷ̃. ſi à pa. quis fue. ma. l. j. quomodo hanc querelam habet? Reſpon. querelã. id eſt cõtra tabu. bono. poſſ. ſecus ſi eſſet filius exheredatus: vt. s̃. eo. l. j. ſecundum Azo. Sed ſi querela ageret, poſſet repelli: quia alij eum præcedunt. ſed Al. dixit patri præterito contra teſtamentum filij dari querelam inofficioſi teſtamenti: vt hîc, vnà cum cõtra tab. ſed filio emãcipato contra teſtamẽtũ patris non dari querelam inofficioſi teſtamenti: vt. ȷ̃. eo. ſi proponas. ſed ſecundum eum cum facit defunctum inteſtatum: nunquid filij iam excluſi in querela ab inteſtato admittuntur? Reſpon. Al. ſic. argu. pro eo. s̃. l. poſtumus. §. ſi quis ex his. Bul. tamen contra. & pro eo. ȷ̃. eo. qui repudiantis. j. reſpon. ſed certe ſecundũ Al. aliud eſt quãdo repudiauit, vt nunquam ad eum redeat qui repudiauit, licèt alter in totũ obtineat: & aliud quando per ſententiam fuit excluſus. Item pro eo. ȷ̃. eo. l. ſi non mortis. §. ſi quis. ſed ibi non in totum teſtamentum fuit irritum. Sed ſecundum nos qui dicimus dari contra tab. non habet locũ hæc quæſtio, cum non fiat omnino inteſtatus: vt. ȷ̃. eo. filio. in fi. Item no. hîc non intereſſe quem nõ habere filios: an tales, qui à querela excludũtur: ſic inſti. de ſucceſ. lib. §. ſed noſtra. & in auth. de nup. §. quoniã infirmas. col. iiij. Sed an poſt patrẽ admittatur auus, & proauus? Reſpon. non, ſecundum Azo. & eſt ratio: quia non habuit neceſſe eos inſtituere: ſed patrẽ ſic: cum eſſet eodem gradu, quo filij: vt. ȷ̃. de iniuſto teſtamẽ. l. ſi quis filio exheredato. in prin. licèt filij ſint potiores: vt hîc dicit, præcedente, &c. & in auth. de here. ab inteſta §. j. colla. ix. & inſti. de here. qua. & diffe. §. ſui. & idem eſt in filio & nepote, ſi filius tempore mortis præceſſit. nam nepos ſuo iure non poteſt habere querelã: ſed patris ſui: & ita intelligendum eſt quod dicitur. ȷ̃. eo. l. ſi is. &. C. eo. ſi quis filium. quæ dicunt nepotẽ habere querelam: ſed dici poteſt ſecundum H. contra, vt & auus, & proauus, & nepos ſucceſſiue admittantur, etiam ſuo iure: vt. ȷ̃. eo. ſi is. in prin. &. l. ſi non mortis. §. fi. & ſic intelligebat. C. eo. ſi quis filium. §. ſed nos, &c.

* inofficioſo teſtamento.

† Viglius in cõmẽtariis ſuis ad tit. de inoff. teſt. inſtit. lib. 2. in prin. putat aduerſus interpretum ſententiam hîc ius eſſe ſingulare, vt patri manu miſſori & bonorum poſſeſſio contra teſtamẽtum filii cõpetat.

de inofficioſi teſtamenti, * præcedente cauſa filiorum, patris intentio adhuc pendet. Quòd ſi contra filios iudicetur, pater ad querelam [m] vocatur, † & ſuam intentionem implere poteſt:

XV. IDEM *libro quartodecimo Quæſtionum.*

NAm & ſi parentibus non debeatur filiorũ hereditas propter votum parentium, [n] & naturalem erga filios caritatem: turbato tamen ordine [o] mortalitatis, non minus parentibus quàm liberis piè relinqui debet.

Qui à lite mota deſiſtit, querelam non tranſmittit. Bart.

Heredi eius qui poſt litẽ de inofficioſo præparatã mutata voluntate [p] deceſſit, non datur de inofficioſo querela. nõ enim ſufficit litẽ inſtituere, ſi nõ in ea perſeueret. [q]

Poteſt quis teſtamentum pro parte reſcindere, alia parte valida remanente. hoc dicit vel breuius: Ex poſtfacto poteſt quis decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Bartolus.

Filius qui de inofficioſi actione aduerſus duos heredes expertus, diuerſas ſententias iudicum tulit, & vnum vicit, ab altero ſuperatus [r] eſt: & debitores [ſ] conuenire, & ipſe à creditoribus conueniri pro parte [t] poteſt, &

n N*Am & ſi. Votum parentum*. Votum parentum eſt, vt liberi eis ſuccedant, & non ipſi liberis, & vt eis acquirãt: vt. C. de legiti. here. l. de emancipatis. &. ȷ̃. vnde li. l. ſcripto. in fin. &. ȷ̃. de bo. dam. l. fin. in prin. &. ȷ̃. de bo. lib. l. penult.

o *Tamen ordine*. Ordo eſt, vt prius moriatur pater quàm filius. cum ergo aliter contingit, turbatur ordo. vnde Bulg. cum deceſſiſſet filius eius, inquit: Ordine turbato ſuccedis Bulgare nato. Item nota hîc quòd vna ratio vincit duas, ſcilicet pietas vincit votum, & caritatem: quia potior eſt. aliàs plures vincunt vnam: vt in authen. de conſang. & vteri. fra. §. fin. colla. vj. Accurſius.

p *Voluntate*. quia renuntiauit: vt arg. s̃. eo. Papinianus. §. ij.

q *Perſeueret*. Dic arg. vt. ȷ̃. de in rem ver. ſi pro patre. §. verſum.

r *Superatus eſt*. quia vnus erat filius defuncti, alter non: vel quia vnus probauit de ingratitudine, alter non. ſic. ȷ̃. eo. circa.

ſ *Debitores*. nunc reſpondet.

t *Pro parte*. Quid de legatis? Reſpon. heres qui obtinuit partem,

tem, præſtabit ſi ſunt diuidua : aliàs verò totum, vel æſtimationem partis : vt.ĵ. de leg.ij.cum filius. j. reſpon. filius verò nihil: vt ſupra eod.Papinianus.§.fi.&.ĵ.eo.l.qui repudiantis.§.fi.

a *Pro parte.* ideo pars,&c.

b *In teſtamento.* id eſt apud inſtitutum in teſtamento : licèt diuerſo iure ſint heredes.

corpora vindicare, & hereditatem diuidere. Verum enim eſt, familiæ erciſcundæ iudicium competere : quia credimus eum legitimum heredem pro parte [a] eſſe factum : & ideo pars hereditatis in teſtamento [b] remanſit. nec abſurdum videtur pro parte inteſtatum videri. [c]

Si vnus ex filiis pro parte ſua querelam intentauit, alteri tacenti non prodeſt. Bartolus.

XVI. IDEM *libro ſecundo Reſponſorum.*

FIlio [d] qui de inofficioſo matris teſtamento contra fratrem inſtitutum de parte [e] ante egit, & obtinuit : filia quæ non egit, aut non obtinuit, in hereditate legitima fratri non concurrit.

Pater qui contra tabulas querelam indebitè intentauit, vincentibus filiis in querela, hereditatem & fructus reſtituere tenetur. Bartolus.

Contra [f] tabulas [g] filij [h] * poſſeſſionem [i] iure manumiſſionis [k] pater accepit, & bonorum

c *Videri.* ſcilicet ex poſtfacto. aliàs contra: vt inſtit. de here.inſtit. §.hereditas. verſic. neque enim. hîc autem in nulla parte deceſſit inteſtatus ab initio.

FIlio.] CASVS. Titia duos filios habebat, & vnam filiam. deceſſit vno filio inſtituto, & altero exheredato vnà cum ſorore. filius exheredatus querelam mouit, & obtinuit. quæritur vtrum ſorori exheredatæ proſit querelam non mouenti? Et reſpon. quòd nõ : vnde filius ille qui obtinuit, non tenebitur hîc communicare illi ſorori quod conſecutus fuit. [CONTRA.] Filius emancipatus patrem præteriuit : filiam ſuam exheredauit : extraneum inſtitut. pater petiit bo. poſſeſ. contra tabu. & obtinuit : filia nihilominus vult agere. quæritur an ſit audienda. Et reſpõ. quòd ſic : nec valet quod pater fecit: quia in lite patris ſolum quærebatur an eſſet præteritus : non an inofficioſum eſſet teſtamentum. vnde filiæ agenti vniuerſa hereditas reſtituetur. Viuianus.

* Filij bonorum poſſeſſionem.

d *Filio.* ſcilicet teſtatricis. Azo. & dic quòd duo erant fratres, vnus inſtitutus, & alter exheredatus, vel præteritus : & vna ſoror ſimiliter exheredata, vel præterita. & regitur hæc dictio, filio, à verbo concurrit. & conſtructio incipit, filia, &c.

e *De parte.* ſcilicet ſua tantùm : vt. ĵ. ſi pars here.pe.l.j.§.ſi ego. &.ĵ.fami.erciſcun. Lucius. & ſic ſoror non aufert ei quicquam: vt hîc, & arg.C.de poſi.l.fina. ſecus ſi in totum : quia nemo eum repuliſſet : vt.ĵ.eo.l.mater. Accurſius.

a] Iſtam primam caſus poſitionem approbat Bart.hîc.

f *Contra.* prima caſus poſitio eſt : [a] filius emancipatus patrem præteriit : filiam exheredauit. pater primò egit contra tabulas, cùm debuit differre poſt filiam. filia poſtea egit querela, & obtinuit. rumpit quidem teſtamentum quod non erat ruptum per contra tabulas patris. habebit filia omnia bona cum fructibus. Secundò pone caſum, quòd pater filium emãcipatum præteriit: filiam exheredauit. filius egit contra tabulas, & obtinuit. filia poſtea poteſt agere querela, & rumpet teſtamentum quod non erat ruptum per contra tab. fratris : & habebit omnia bona: ſed dimidium dabit fratri ſuccedenti cum ea ab inteſtato.

g *Tabulas.* hic. §. duas habet literas : & ſic duobus modis aptatur caſus.

h *Filij.* quidam habent, filij. hæc bona. alij, filius.

i *Poſſeſſionem.* hæc eſt litera Piſ. ſecundum primam lecturam, prout habes, filij, ſcilicet iure manumiſſionis pater accepit bonorum poſſeſſionem, &c. Sed ſecundum aliam, ſcilicet filius, nõ debet hîc eſſe hæc lectura Piſ.

k *Manumiſſionis.* id eſt emancipationis. Accurſius.

l *Quam ipſe.* ſcilicet defunctus.

m *Pertulit.* ſi autem non perferret, pater iure videtur egiſſe : vt infra eod. ſi non mortis.§.fina.&.C.qui admit.ad bonor. poſſeſ. l.fina.in fine.& infra de bo.lib.ſi filius qui patri.§.cum filius. Sed ſi pater primò petiit contra tabulas, ergo rumpit teſtamentum: vt infra de leg. præſtan.l.j. in princip. &. C. de col.l. vt liberis. ergo amplius per querelam rumpi non poteſt : vt infra de iniuſt. teſt.nam & ſi. Reſpon. teſtamentum eſt de iure ciuili, & bo.poſ. de iure prætorio, quod non expugnat ius ciuile querela, cum

A & ipſa ſit de iure ciuili. ſic expugnat contra tabu. vt argu. infra de bon. poſſeſ.contra tabu. filium quem.§. ſed quemadmodum.& inſtitut.de leg.ag.tute.in fin.& hîc dicitur. Item alia ratio, quia cum edictalis bo. poſſeſ. nihil faciat patri auo præcedente : ergo nec decretalis : vt. C. quo. bo. l. j. Alij dicunt non per querelam admitti filiam, ſed prætoris auxilio.

poſſeſſionem adeptus eſt : poſtea filia defuncti, quam ipſe [l] exheredauerat, quæſtionem inofficioſi teſtamenti rectè pertulit. [m] poſſeſſio quam pater [n] accepit, ad irritum recidit. nam [o] priore iudicio de iure patris, [p] non de iure teſtamenti [q] quæſitum eſt : &

B ideo vniuerſam hereditatem filiæ cum fructibus [r] reſtitui neceſſe eſt.

Qui non admittitur nec admitti ſperatur ad partem, non facit partem : ſecus ſi ſperatur admitti. Bartolus.

XVII. PAVLVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

QVi repudiantis animo non venit [ſ] ad accuſationẽ inofficioſi teſtamenti, partem non facit [t] iis qui eandem querelam mouere volunt. Vnde [u] ſi de inofficioſo teſtamento patris alter ex liberis exheredatis ageret : [x] quia reſciſſo teſtamẽto alter quoque ad ſucceſſionem ab inteſtato vocatur, & ideo vniuerſam hereditatem non rectè vindicaſſet : [y] hîc ſi obtinuerit, vtetur rei iudicatæ [z] auctoritate :

n *Quam pater.* aliàs pater, aliàs frater.

o *Nam.* bene dico rectè egit filia. nam, &c.

p *De iure patris.* aliàs patris : ſcilicet an pater, & an præteritus ſit. aliàs, fratris.

q *De iure teſtamenti.* an eſſet inofficioſum: quod modo dicit filia. nam ad eam primò ſpectat. Accurſius.

r *Cum fructibus.* ſecundum primam literam planum eſt : ſecundum aliam dic quòd ipſa tenebitur reſtituere dimidiam fratri : vt infra eo. mater. Accur.

QVi repudiantis.] CASVS. Hæc.l. vſque ad. §. cum contra. ponit tres caſus. Primus eſt : Titius deceſſit tribus filiis relictis exheredatis. duo egerunt querela inoffic. vnus repudiauit. dicit quòd portio illius accreſcit iſtis duobus. vnde iſti duo agent inſolidum, & nõ pro partibus. Secũdus eſt : ſi duo erant filij exheredati, & vnus agit in totum, & malè, cum non debeat agere niſi pro parte : dicitur hîc quòd ſi obtineat alter qui non egit, admittitur vnà cum iſto qui egit. Tertius eſt : quòd ſi iſte qui non egit, pendente iudicio renuntiauit : dicitur hîc quòd accreſcit iſti qui egit in totum, & ei ſoli proficit. [CVM CONTRA.] Pater filium exheredauit : extraneum inſtituit. egit filius querela, & obtinuit eo præſente, id eſt ſcripto herede tempore ſententiæ : an legata & libertates ex tali teſtamento debeantur, quæritur. Et reſpon. quòd non videtur feciſſe teſta. pater. Sed quid ſi contra teſtamentum præſente filio exheredato, & abſente ſcripto herede eſſet pronuntiatum? in hoc caſu ſententia ius non facit, & legata & libertates debentur. & hanc diſt. admittit conſtitutio diuorum fratrum. Viuianus.

ſ *Non venit.* id eſt recuſat venire : quia repudiauit. ſic ſupra eo. l.etiam. Accurſius.

t *Non facit.* id eſt non facit eos particulares, id eſt vt partem tantùm habeant, imò totum accreſcit : vt infra eod. ſi proponas.§.finali.

u *Vnde ſi.* mutat caſum. ſupra enim repudiauit : hîc non. vnde hoc modo agit vnus in totum altero non repudiãte : & ſic male vincit : tamen admittitur alter : vt hîc, &.ſ̃.eod. poſtumus.§.ſi quis ex his. Sed quid ſi pendente iudicio repudiat ille qui non egit? Reſpon. proficit ei qui vicit, victoria in totũ. & hoc ſubiicit, hic ſi obti. &c. Item quid ſi pro parte ſua tantùm agit, & alter pendente lite repudiat? Reſpon. non niſi in ſua parte datur ſententia : vt argu.ſ̃.de iudi.l.non videtur.

x *Ageret.* ſcilicet in totum.

y *Vindicaſſet.* ſcilicet vbi alter non repudiauit. Hîc, id eſt in hoc caſu, vbi alter repudiauit, totum habebit : vt innuit, quaſi centumuiri, &c.

z *Rei iudicatæ.* contra omnes qui vellent aliquid de bonis illis petere, & iure ſpeciali : vt ſubiicit : quia in querela ſpeciale eſt vt fiat præiudicium inter omnes, quaſi hic ſolus fuerit filius : vt infra de leg.j.ſi ſeruus plurium.§.j. & concordat.ĵ.de contra tabulas.l.ſi poſt.§.liberi.&.C.de cadu.tol.§.his ita. &.ĵ.eo.ſi non. §.fin.&.l.ſi proponas.§.fina.

a] Cẽtumuiros non eoſdẽ fuiſſe qui & ſenatores, docet ex Cicerone & Feſto Bud. in annot. ad l.vlt.ſ.de ſenato.

a *Quaſi centumuiri*. id eſt ſenatores, [a] qui centum erant numero: vt.C.de petit.here.l.fin. circa princip.qui ſenatores induxerunt petitionem hereditatis: vt ibi patet.

b *Teſtamentum*. aliàs inteſtatum:& aliàs teſtamentum. Accur.

c *Cum contra teſtamentum*.id eſt contra inſtitutũ in teſtamento.

d *Factionem*.actiue accipe: vt inſtit. de here. qua.& dif.§ teſtamẽti.

e *Reſpondente*.id eſt nõ veniẽte ad audiendam ſententiã. lis enim erat conteſtata: aliàs non.

f *Nõ creditur*.quia magis propter abſentiam heredis condemnatus videtur: vt hic,& .j.de euic.ſi ideo.

g *Petuntur*.ſed à quo? ab herede non: vt.j.ad l. Falci. l. in ratione. §. imperator. à legitimo non: quia non ſunt relicta à legitimo: ſed à ſcripto: vt.C.de fideicõmiſ.l. ea quam. &.ſ. eo. Titia.in fin. Sed reſpon.præſtabũtur propoſita actione in rem pro legatis contra poſſidentes, quando ſunt relictæ res in ſpecie: & ita rurſus agitabitur queſtio querelæ opponendæ legatariis vel fideicommiſſariis: item ſeruis quibus eſt relicta libertas, dicentibus ſe liberos, contra eum qui obtinuit in querela:& ita rurſus de querela cognoſcetur, ex quo prima ſentẽtia nõ fecit ius Vel dic petent legata legatarij ab herede inſtituto: vt.j.de leg. j. ſi ſeruus pluriũ. §.ſi quis ante. verſi. ſed ſi ſubiecit delatorem. quia ſua culpa litem amiſit. aliud ſi ſine: vt d.l.j. ad legem Falcid. l.in ratione. §. imperator. ſed à legitimo qui vicit: vt.no.ſ.de tranſact.l.controuerſia.

h *De qua re. Fratrum*.Seueri & Antonini. ADDITIO. Imò Marci Antonini, & L. Veri.

quaſi centumuiri [a] hunc ſolũ filiũ in rebus humanis eſſe nunc cum facerẽt inteſtatum [b] crediderint.

Sententia lata in querela, facit ius quo ad omnes, ſi lata eſt cõtra præſentem: ſecus ſi contra abſentem. Bartolus.

B Cum contra teſtamentum [c] vt inofficioſum iudicatur, teſtamenti factionem [d] habuiſſe defunctus nõ creditur. Non idem probandum eſt ſi herede non reſpondente, [e] ſecundum præſentem iudicatum ſit. hoc enim caſu non creditur [f] ius ex ſententia iudicis fieri: & ideo libertates competunt, & legata petuntur. [g]

XVIII. IDEM *libro ſingulari de inofficioſo Teſtamento.*

De qua re etiam conſtitutiõ extat diuorũ fratrum [h] quæ huiuſmodi diſtinctionẽ admittit. C

Querela non poteſt intentari niſi pro ea parte pro qua quis ab inteſtato ſucceſſurus eſt: ſed ſi pro ſolido teſtamentũ infirmaretur, à ſucceſſione ab inteſtato nõ repellitur qui ex teſtamento adiuerat. hoc dicit. Diuide: Primò ponit thema & quæſtionẽ. Secundò arguit pro filia præterita. Tertiò arguit pro filia inſtituta cõtra præteritam, ſecundum id quod fieri debuerit. Quartò arguit ad id ſecundum id quod factum eſt. Quintò reſpondet queſtioni factæ in contrarium, & reſponſionem ſuam probat. Sextò & vltimo ponit cõcluſionem circa præmiſſa. Secunda ibi, reſpondet. Tertia ibi, ſed non eſt. (omiſſo verſiculo, præterea. & coniuncto verſi. & ideo.) Quarta ibi, præterea. (omiſſo verſiculo, & ideo. coniuncto verſiculo, cæterùm.) Quinta ibi, nec enim. Sexta ibi, ex quibus. Bart.

XIX. IDEM *libro ſecundo Quæſtionum.*

Mater decedens extraneum ex dodrante heredem inſtituit, filiam vnam ex quadrante: alteram præteriit. [i] hæc de inofficioſo egit, [k] & obtinuit. [l] B Quæro, ſcriptæ filiæ quomodo ſuccurrendum ſit. Reſpondi. [m] filia præterita id vindicare debet, quod inteſtata matre habitura eſſet. Itaque [n] dici poteſt, eam quæ omiſſa eſt, etiam ſi totam hereditatem ab inteſtato [o] petat & obtineat, ſolam habituram vniuerſam ſucceſſionem, quemadmodum ſi altera [p] omiſiſſet [q] legitimam hereditatem. Sed non eſt admittendum, * vt aduerſus ſororem audiatur agendo de inofficioſo. [r] C Præterea dicendum eſt, non eſſe ſimilem omittenti [ſ] eam quæ ex teſtamento [t] adiit: & ideo [u] ab extraneo ſemiſſem [x] vindicandum. & defendendum, totum ſemiſſem eſſe auferẽdum: quaſi ſemis totus ad hanc pertineat. ſecundũ [y] quod non in totum teſtamentum infirmatur: ſed pro parte inteſtata efficitur: [z] licèt quaſi furioſæ iudiciũ vltimum eius dãnetur. [a] Cæterùm ſi quis [b] putauerit filia obtinẽte totum teſtamentum infirmari, [c] dicẽdum D eſt etiam inſtitutam ab inteſtato poſſe adire hereditatẽ. † nec enim quæ ex teſtamẽto adiit quod putat valere, [d] repudiare legitimam hereditatẽ videtur, [e] quam quidem neſcit ſibi deferri: cum & hi qui ſciant ius ſuum, [f] eligentes id quod putant ſibi cõpetere, [g] non amittant. quod euenit in patrono

i *Præteriit*. quod pro exheredatione valet: vt inſtit.de exhere. lib.§.fin.

k *Egit*. contra extraneum, & contra ſororem quæ adierat: vt omnia ſequentia concordent.

l *Et obtinuit*.iuſtè contra extraneum: ſed iniuſtè cõtra ſororem.

m *Reſpondi*. ſcilicet allegando. falſum eſt enim: vt in fin. huius.l. dicitur. & not. quòd non reſpõdet queſtioni: ſed. j. reſpondebit ibi, ex quibus, &c.

n *Itaque*. bene infert. ſi enim id debet habere, & inteſtata matre totum eſſet habitura, cum altera repudiaret: ergo & hîc. cum hîc adeũdo ex teſtamẽto, videtur repudiare ab inteſtato. & hoc ſubiicit, itaque, &c.

o *Ab inteſtato petat*. ſcilicet per querelam, vt dicunt: nos contra: vt dices.j.l.proxi.

p *Altera*. quæ fuit inſtituta. Accurſius.

q *Omiſiſſet*.ſcilicet verbis expreſſis: vt ſic hæc ſint paria, tacite renuntiare, & expreſſe. & eſt pro hoc tacite repudiare, vt infra de re iudi.ſæpe.

r *De inofficioſo*. quia ſuam partem tantum habet, nec illam totã: vt. j. ſi pars here. pe.l. j.§. ſi ego. aliàs ſecus: vt. j. eod. ſi is qui. §.j. quæ eſt contra.

ſ *Omittenti*.id eſt repudianti, licèt admittatur in totum præterita de facto: & ſic alia ratione obuiatur ei.

t *Ex teſtamento adiit*. nec enim adhuc ab inteſtato poterat ſuccedere.

u *Et ideo*.quia non auditur contra ſororem in petitione hereditatis perlata querela.

x *Semiſſem*.ſed nonne pro dodrante contra extraneum ruptum eſt teſtamentum? Dicunt quidã ꝙ ſic. quis ergo petet quod penes extraneũ remanet? Reſpon.nec præterita poteſt petere, vt hîc: nec etiã inſtituta: quia non eſt ius accreſcendi poteſt aditam hereditatẽ de illis tribus vnciis: vt.j.de vſufruct. accre.l.j §.interdũ.Sed ſi repudiat extraneus, nunquid accreſcet E præteritę? Reſpon.nõ: vt.j.de bo.poſ.ſed cum patrono. Tu ergo dic vt euitetur abſurditas prædicta, nõ niſi pro ſemiſſe vitiari teſtamentũ perlata querela: vt.ſ.eo.l.filio.j.reſpõ.& ita vnus quadrãs remanebit penes inſtitutũ, qui ab aliquo auferri nõ poteſt.

* Oſtendit in iniquũ eſſe, eã quę de inofficioſo obuiuit, plus petere quàm eſſet habitura ab inteſtato, nõ enĩ alia ratione teſtamẽtum impugnat, quàm quòd nõ ſibi data eſt ſua pars legitima ſatis ergo debet eſſe ſi eã autem eſt ſemis hereditatis. alterũ autẽ ſemiſſem ſuccedens, quem ſemiſſem habere debet filia inſtituta, quę & ipſa ꝓ ſuo iure debet inteſtato patri in ſemiſſem videtur ex cauſa inteſtati nõ repudiaſſe, quũ nõ habeat repudiandi animum, qui adit ex teſtamento. L R.

† L. 8 j. tit. prox.l.97.j. de acq.here.

Mater.] CASVS. Berta habebat duas filias: vnam diligebat, aliã non. quam diligebat, inſtituit in tribus vnciis: aliã prę̨teriit, & extraneũ inſtituit in.ix.vnciis: & mortua eſt Berta. filia prę̨terita egit querela cõtra extraneũ: & in totũ obtinuit. Itẽ egit contra ſororẽ ſcriptã in tribus vnciis, & obtinuit ſimiliter in totum: & ſic filia prę̨terita totũ habet. modò quæritur qualiter cõſulatur illi ſcriptæ. videtur ꝙ non ſit ei ſuccurrendũ: quia adeũdo ex teſtamẽto videtur renuntiaſſe here. ab inteſtato. ergo illa prę̨terita totũ habere debet. ſed hoc eſt falſum: vnde cõſulitur filiæ ſcriptæ per reſtit. in integ. vt repellat ſororẽ præteritam agẽtem querela. & illa prærerita debebat agere pro ſex vnciis. Sed pone ꝙ ſcripta non repellit ſororẽ prę̨teritã agẽtem querela. hoc caſu dabitur ſcriptæ medietas hereditatis, & cõmunicabit præterita omnia illi ſcriptæ. nec videtur ſcripta renũtiare ſucceſſioni ab inteſtato: quia neſciebat ſibi illud auxiliũ cõpetere: & hoc probat per ſimilẽ caſum. pone, libertus fecit teſtamentũ, & præteriit patronum: & illi patrono legatũ reliquit, quod ademit codicillis. ſi egit patronus ꝓ legato, & ſic repulſus eſt, poteſt agere contra teſtamentũ: quia patronus nõ videtur renuntiare. vnde ſecundum prædicta, ſoror præterita cõmunicabit omnia illi ſcriptæ. Viuia.

y *Secundum quod*.quia diximus ſemiſſem tantùm peti poſſe.

z *Efficitur*. vt infra eo.circa.Azo.

a *Damnetur*.vt ſupra eo.l.ij.vnde non videbatur aliquid valere: vt.C.qui teſta.face.poſ.l.furioſum.

b *Si quis*. ſtultus ſcilicet.Azo.

c *Infirmari*. aliquo caſu: qui tamen non inuenitur. vel dic quòd eſt quando nemo eam repulit: vt in primo caſu huius.l.fuit.

d *Putat valere*. ſcilicet inexpugnabiliter.Azo.

e *Videtur*.vt.arg.j.tit.j.legitimã.& dic quæ ſit legitima, vt ibi.

f *Ius ſuum*.ſ.ſe poſſe ab inteſtato ſuccedere per cõtra tabulas.

g *Competere*. ſ. inexpugnabiliter.& not.hic duo.Primum, quòd non videor amittere quod habeo, quod tamẽ nõ credo habere: licet

UNED

qui iudiciũ defuncti falſa opinione motus amplex⁹ eſt. Is enim nõ videtur bonorũ poſſeſſionẽ cõtra tabulas repudiaſſe. Ex quibus [a] apparet non rectè totã hereditatem prçteritã vindicare: cũ reſciſſo teſtamento [b] etiã inſtitutæ ſaluum ius ſit adeũdæ hereditatis. [c]

**Exheredato non datur Carboniana bonorum poſſeſſio. Bar.**

XX. SCÆVOLA *libro ſecundo Quæſtionum.*

QVi de inofficioſo vult dicere, licèt negetur filius, Carbonianam bonorum poſſeſſionẽ non debet accipere. [d] Totiens enim ea indulgenda eſt, quotiens ſi verè [e] filius eſſet, heres eſſet, [f] aut bonorum poſſeſſor: vt interim & poſſideat, & alatur, & actionibus* præiudicium non patiatur. [g] Qui verò de inofficioſo dicit: nec actiones mouere debet, [h] nec aliam vllam quàm hereditatis petitionem [i] exercere: [k] nec ali: ne vnquã melioris ſit cõditionis, quàm ſi cõfitetur [l] aduerſarius.

**Qui fraude heredis ſcripti deſiſtit, deſtitiſſe non videtur. Bar.**

XXI. PAVLVS *libro tertio Reſponſorum.*

EVm qui inofficioſi teſtamenti querelam inſtituit, & fraude heredis ſcripti, quaſi tertiam partem hereditatis tacitè rogatus eſſet ei reſtituere, reliquit eam actionem: [m] nõ videri deſeruiſſe [n] querelam: & ideo non prohiberi eum repetere inchoatã actionẽ.

**Qui ſciens indebitum ſoluit, nõ repetit. Bartolus.**

Item quæſitum eſt, an heres audiẽdus eſt, ante de inofficioſi* querelam actam [o] deſiderans reſtitui ſibi ea quæ ſoluit. [p] Reſpondit, ei qui ſciẽs indebitum [q] fideicommiſſum ſoluit, nullã repetitionem ex ea cauſa competere.

**Rupto teſtamento per querelã, actiones confuſæ heredi reſtituũtur. Bartolus.**

Idem reſpondit, † euicta hereditate per inofficioſi querelam ab eo qui heres inſtitutus eſſet, perinde omnia obſeruari oportere, ac ſi hereditas adita non fuiſſet: [r] & ideo & petitionem integram debiti heredi inſtituto aduerſus eum qui ſuperauit competere, [ſ] & compenſationem [t] debiti.

licèt eligã quod credo habere: vt hîc, & j̃. eo. eũ qui. j. rñ. & s̃. eo. l. nihil. §. penul. & j̃. de inter. ac. de ætate. §. ex cauſa. & ar. s̃. de pa- A ctis. ſi cũ te. & s̃. de acqui. her. l. in repudiãda. & l. Claudius. & C. de fur. l. fi. §. antepe. & j̃. de inſti. act. habebat. in fi. j. reſpõ. Secũdò no. ꝙ qui ſcit ſuũ ius, eligẽdo aliud quod credit habere, non amittit quod habet: vt dicit̃ de patrono qui accepit legatũ, qđ tamẽ erat adẽptũ codicillis, vnde iuſtè errauit: vt hîc, & inſti. de act. §. ſi quis agẽs. in fi. §. ſec⁹ ſi in iure erraſſet: vt. j̃. ſi quid in frau. patr. l. ſi patronus. in prin. Acc.

a *Ex quibus*. ſ. prædictis apparet, qđ eſt. j̃.

b *Reſciſſo teſtamento*. ſcilicet in totum.

c *Adeundæ hereditatis*. ſcilicet in ſemiſſem. nõ enim tãtũ debet habere eã partẽ, ex qua fuit ĩſtituta, ſed virilẽ: vt. j̃. de cõtra tabulas. l. non putauit. §. fi. & l. filiã. §. & hoc ſit cõſequẽs. ſecũdũ Ir. ſed ſecũdũ Io. eſt falſũ tãtũ in ea parte, qua fuit inſtituta: cũ ex teſtamẽto adeat, nõ ab inteſtato: & qđ dicitur eã debere habere virilẽ, verũ eſt, cũ ex virili vel maiori parte fuit inſtituta: vt. j̃. de le. prç. l. filiũ. §. penult. & l. is qui in poteſtate. §. antepe. & j̃. de cõtra tab. ſi ex duobus. §. ſed illud. Tu autem dicere potes ꝙ dictũ Irn. locũ habeat quando inſtituta non adiuit: ex teſtamento tamẽ extraneus adiuit cõtra quẽ propoſita fuit querela. Item contra inſtitutã poteſt proponi querela, ſi ipſa patiatur. nã cõtradicere poteſt: vt in hac. l. §. ſed nõ eſt. licèt ipſa non adiiſſet. nam vno adeunte naſcitur querela: vt arg. contra. j̃. ſi quis teſta. li. l. j. §. ante. & s̃. eo. Papinianus. §. ſi conditioni. ſed dictũ Ioann. D quãdo ex teſtamento adiuit, locũ habet: & ſic prædicta iura quæ videntur cõtraria, ſoluuntur. & hoc placet. Vel aliud in querela, quàm in contra tab. quia per querelam ipſo iure deſinit eſſe heres qui adiuit: & ideo in virilem ſuccedit: ſed non deſinit eſſe heres per contra tab. quia nec prætor heredem facere poteſt: vt inſtit. de bo. poſſeſ. §. quos autem. quod non placet.

QVi de inofficioſo.] CASVS. Paterfa. filiũ impuberẽ exheredauit: & extraneũ inſtituit. ille impubes agebat querela: heres ſcript⁹ negauit eũ filiũ defuncti. iſte filius impubes petit mitti in poſſ. ex edic. Carbonia. dicitur ꝙ hoc caſu filius meus impubes non habebit edictum Carbon. ſed habebit querelã. Viuia.

d *Accipere*. hæc non datur exheredato ritè: aliàs ſic. Item nec inſtituto: niſi ſit poſtum⁹, qui poſtea negetur filius: vt. j̃. de Car. edicto. l. j. §. Pomponius.

e *Si verè.*] aliàs ſi verè, aliàs ſi verus filius, & negaretur.

f *Heres eſſet*. ab inteſtato, & nullo obſtante: hîc autem obſtat E exheredatio. & facit. j̃. de Carbo. edict. l. j. §. generaliter.

g *Non patiatur*. ergo videtur quòd poſſit agere contra debitores hereditarios: ſed contra. j̃. de Carbo. edict. l. iij. §. miſſum. Rñ. ꝙ non patitur præiudicium: quia tempora non currunt: vt. s̃. de iudi. l. ij. §. contra. Vel refert an velit agere contra eum qui dicit ſe heredem: & tunc non poteſt: ne præſumptio &c. vt ibi. an aduerſus alios: & tunc poteſt: vt hîc. vel refert vtrum ſatiſdederit de rebus reſtituendis ſi apparuerit eum non eſſe filium: & tunc poteſt. aliàs non poteſt: vt. j̃. de Carbo. edi. ſed ſi is. §. denique. & §. an autẽ. & l. penul. Vel dic. non poteſt niſi ſatiſdederit, & tunc vſque ad conteſtationem tantùm ſi res ſit peritura.

h *Debet*. licèt probetur filius.

i *Petitionem*. perlata querela.

k *Exercere*. huius. l. ar. dicũt quidã eum intẽdere petitionem hereditatis, qui querelã ꝓponit. ſed hoc falſum eſt. Primò, quia inſtitutus eſt heres, donec contra eũ pronuntiet̃: vt. j̃. de vulg. ſubſti. ex facto. §. fi. ergo alius ex parte vel inſolidũ heres eſſe nõ poteſt: vt. j̃. de regu. iur. l. quod contra. §. j. Secundò, quia cæteras actiones intẽdit pater inuito filio: ſed querelã nõ: vt. s̃. eo. Papinianus. j. reſpõ. Itẽ pro nobis eſt in ea. l. §. ſi filius. & l. poſtumus. §. ſi quis. Item iſte ſi petit hereditatem, ergo ex teſtamento, vel ab inteſtato: vt. j̃. tit. j. l. j. ij. & iij. ex teſtamento nõ: cũ nõ ſit inſtitutus. ſed nec ab inteſtato: quia quandiu &c. vt. j̃. de regu. iur. quandiu. & C. cõmunia de ſuc. l. antequam. Item petitio hereditatis datur contra eum qui poſſidet pro herede putatiuo: vel pro poſſeſſore. hîc autem verũ eſt eſſe eum heredem, ergo ea non tenetur. Si autem obiiciatur quòd ſecũdum hoc ſunt duo iudicia: reſpon. ſic ita, ſcilicet querelæ, & peti. hereditatis. Vel dic ꝙ licèt petitio ſit noua actio: tamen ſtatim mãdatur executioni, quaſi de ea ſit cognitũ: ſicut fit in actione in factum, quæ naſcitur ex re iudicata. Sed contra videtur C. eod. l. j. nam ibi ꝓponebatur querela, & dicit contra fideicom. dari actionẽ, ac ſi pro herede vel ꝓ poſſeſſore poſſideret. Ad hoc reſpon. ꝙ querela ſicut petitio hereditatis datur contra eũ qui pro herede vel pro poſſeſſore poſſidet: alio tamen reſpectu: quia in petitione hereditatis titulus pro herede verè non eſt titulus: ſed in querela verè quidem eſt titulus: quia ſcriptus heres verè eſt interim heres: ſed fingitur & videtur quantum ad que- D relam non heres: quia non videtur deſtitutus &c. vt ſupra de in integr. reſtitu. l. nemo. nec videtur poſſeſſionem adeptus &c. vt infra de acquiren. poſſ. l. non videtur. vtraque tamen eodem libello proponi poteſt, hoc modo: peto teſtamentum rumpi, quia inofficioſum, & eo rupto hereditatem reſtitui: ſicut in ad exhi. & rei vin.

l *Confitetur*. eum eſſe filium.

EVm qui.] CASVS. Pater meus inſtituit Titium extraneum, & me exheredauit: volo contra Titium agere: & dolo Titij renuntiaui querelæ: quia dixit quòd mihi aliquid erat relictum in teſtamento: puta tertia pars hered. an poſſim redire poſtea ad querelam: quæritur. & reſpond. quòd ſic. Item ſi heres ſcriptus poſt motam controuerſiam à filio exheredato legata ſoluit: an repetet pendente lite inoffi. quæritur. Et reſpon. quòd non: quia ſciens etiam indebitè ſoluit. [IDEM.] Titius extraneum cui tenebatur inſtituit, & filium exheredauit. filius exheredatus egit E querela: & obtinuit, an ſcriptus poſſit petere debitum? Dicitur quòd ſic: & ſi inuicem fuerit debitum, compenſare. Viuianus.

m *Actionem*. inofficioſi.

n *Deſeruiſſe*. quia non tam paciſcitur quàm decipitur. ſic & ſupra de tranſac. l. qui cum tutoribus. §. fin. & ſupra eod. nihil. §. ſi cum filius.

o *Actam*. id eſt finitam.

p *Soluit*. legatariis, vel aliis, vel iſti filio qui agit querela.

q *Sciens indebitum*. id eſt quòd indebitũ fieri debebat per querelam: vt hîc, & infra de condic. inde. quod quis. ſecus ſi ignorãs vel titubans: vt C. de condic. inde. l. fi.

r *Non fuiſſet*. vt. s̃. eo. Papinianus. §. fi. & l. qui repudiãtis. §. fi.

ſ *Cõpetere*. vt. j̃. de her. vel act. ven. l. ij. §. fi. & C. e. ſi maritus. in fi.

t *Compenſationem*. ſi inuicem ſit debitum: niſi ipſe dolo fecerit. tunc enim perdit quod ſibi debetur: vt. j̃. de his qui. vt indig. heredem. & j̃. ad Sila. propter veneni. §. neptis.

* in actionibus.

* inofficioſo.

† Querela introducit rẽ ad cauſam inteſtati: & reſtituit iura heredi ſcripto, quæ haberet ſi non adiiſſet. & concor. j̃. tit. proxi. l. & nõ tantũ. §. 1. & de iure fiſci. l. deferre. §. fin. & ratio iſtius literæ ſecundum Bal. hîc ſumitur de. l. ſi ex re. §. fi. ff. de ſtipu. ſer.

Filius.] CASVS. Mater filium exheredauit, extraneum inſtituit, patri ſui filij legatum reliquit. ſi pater agnoſcat legatũ, A an non: an ideo minus poſſit nomine filij agere: quæritur. Et reſpon. quòd non ideo minus: & ideo agnitio patris non præiudicat filio. Sed quid ſi ſuccumbat pater in querela, cum agit in nomine filij: nunquid auferendum eſt ei legatum, & applicãdum fiſco? Et reſpond. quòd non. & hoc in prima. Sed quid ſi filius exheredatus egit, nec perfecit, & pendẽte lite deceſſit: nunquid heres ſuus cui in illo teſtamento erat relictum legatum, poſſit perficere querelam inchoatam à defuncto, nec legatum amittitur? Et reſpon. ꝙ non amittet. Sed pone quòd filius egit, & pẽdente lite dedit ſe in adrogationẽ ei cui in teſtamẽto erat relictũ legatum. ſi adrogator agat nomine filij adrogati: an debeat amittere legatum? Et reſpon. quòd nõ. & hoc in tertia. Viuia.

*didici.

a *Filius*. tres ponit caſus lex iſta. Accur.

b *Si*. id eſt quamuis.

c *Poteſtate*. ſ. filius.

d *Accuſare*. ſcilicet teſtamentum inofficioſum. & hoc quando alius erat heres: licèt patris & filij eadem perſona videatur: vt C. de impu. & ali. ſub. l. fi.

e *Filij eſt*. ſ. querela: vel melius, exheredatio.

f *Obtinuiſſet*. ſ. pater.

g *Publicaretur*. videtur quòd nõ: quoniam &c. vt inſtit. eo. §. ſi tutor.

h *Alij commodum*. ſcilicet filio. & ſic patet ꝙ ſecundum hæc iura aliquid etiam extra caſtrenſe vel quaſi quæratur filio, ſecundũ Cõſtantinum certum eſt: & ſecundũ Arcadium omnia materni generis: hodie omnia aduẽtitia: vt C. de bo. ma. l. j. & . ij. & de bo. quæ lib. cum oportet.

Factum patris non tollit querelam filio competẽtem. Et qui nomine alterius egit querela, & ſuccubuit, non perdit id quod ſibi relictum eſt. Bartolus.

XXII. TRYPHONINVS *libro ſeptimodecimo Diſputationum.*

B Filius [a] non impeditur quo minus inofficioſum teſtamentum matris accuſaret, ſi [b] pater eius legatum ex teſtamento matris accipiet, vel adiſſet hereditatem: quamquam in eius eſſet poteſtate. [c] Nec prohiberi patrem dixi *iure filij accuſare. [d] nam indignatio filii eſt. [e] Et quærebatur, ſi non obtinuiſſet [f] in accuſando, an quod patri datum eſt publicaretur: [g] quoniam alij commodum [h] victoriæ parat. Et in hac cauſa nihil ex officio patris, ſed totum de meritis [i] filii agitur: & inclinandum eſt, non perdere patrem ſibi datum, ſi [k] ſecundum teſtamentum pronuntiatum fuiſſet. C Multo magis ſi mihi legatum teſtator dedit, [l] cuius de inofficioſo teſtamento filius agens deceſſit me herede relicto, egóque hereditariam cauſam peregi [m] & victus ſum: id quod mihi eo teſtamento relictum eſt, non perdam: vtique ſi iam defunctus agere cœperat. [n] Item ſi D adrogaui eum qui inſtituerat litem de inofficioſo teſtamento eius qui mihi legatum dedit, litemque peregero nomine filij, nec obtinuero: perdere me legatum non oportet: quia non ſum indignus vt auferatur mihi à fiſco id quod derelictum eſt: cum non proprio [o] nomine, ſed iure cuiuſdam ſucceſſionis egi.

Si teſtamentũ rumpitur per cõtra tab. ſiue per querelam: nepos in poteſtate retentus, filio emancipato coniungitur. Bartolus.

XXIII. PAVLVS *libro ſingulari de inofficioſo Teſtamento.*

SI ponas * filium emãcipatum præteritum, & ex eo nepotem in poteſtate retentum heredem inſtitutum eſſe: filius [p] poteſt cõtra filium ſuum teſtatoris nepotem petere bonorum poſſeſſionem: [q] queri autem de inofficioſo [r] teſtamento non poterit. Quòd ſi exheredatus ſit filius emancipatus, poterit queri: & ita iungetur [ſ] filio ſuo & ſimul cum eo hereditatem obtinebit.

*In Vulgat. Si proponas.

Per contractum ab exheredato cum herede factum, videtur teſtamentum approbari. Bar.

Si hereditatem ab heredibus inſtitutis exheredati emerunt, vel res ſingulas, ſcientes eos heredes eſſe, aut conduxerunt prædia, aliúdve quid ſimile fecerunt, vel ſoluerunt heredi quod teſtatori debebant: [t] iudicium defuncti adgnoſcere [u] videntur: & à querela excluduntur.

In querela eſt locus iuri accreſcendi. Bar.

Si duo ſint filij exheredati, & ambo de inofficioſo teſtamento egerunt, [x] & vnus poſtea conſtituit non agere: [y] pars eius alteri adcreſcit. [z] Idémque erit & ſi tempore [a] excluſus ſit.

p *Filius*. ſcilicet emãcipatus.

q *Bonorum poſſeßionem*. ſcilicet contra tabul. ſed aliud in filio prӕterito à matre: cum eius ſilentium &c. vt inſtitu. de exhere. libe. §. mater. & infra de bono. poſſ. contra tabu. l. illud. §. ad teſtamenta. & l. non putauit. j. reſponſo.

r *Queri autem de inofficioſo*. accepta prius bono. poſ. gratia agnoſcẽdæ litis.

ſ *Iungetur*. vtrobique, ſiue petat bo. poſſeſ. ſiue de inofficioſo agat: vt infra de coniungen. cum eman. li. l. j. §. ſi pater emãcipat⁹. Sed nõne vitiatur ſiue irritatur teſtamentum in totum, cum iſte ſolus ab inteſtato eſſet ſucceſſurus: & ſic ille nepos nihil debet habere, ſecũdũ Pla. ſed dico quòd ei coniungitur per illud edictum infra de cõiungen. cum eman. li. l. j. quã Plac. fortè nõ cognouit. ſedata eſt enim diſcordia iuris ciuilis & prætorij per illud, cũ ius ciuile emãcipatũ prorſus repelleret, ſed prætor eum admitteret, & nepotem prorſus repelleret: & ſic ambo veniunt. Sed contra infra de coniungen. l. j. §. ſed ſi patruus. Sed intellige ꝙ non cõiungitur ibi exheredatus per titulum illũ: niſi pri⁹ agat querela. ſed hodie prædictus tit. de coniungen. nõ habet locum: cum per authẽ. ita ſuccedat emãcipatus filius ac ſi eſſet in poteſtate: vt in authen. de heredi. ab inteſta. §. primo. collatio. ix.

i *De meritu*. an meruerit exheredari, vel non.

k *Si*. id eſt quamuis.

l *Dedit*. id eſt reliquit.

m *Peregi*. nã neceſſe habui hoc facere: vt C. quomodo & quando iudex. auth. qui ſemel. & . j̃. de bon. lib. l. qui cum maior. §. ſed ſi minor. & ideo dicit, magis. E

n *Cœperat*. aliter enim non trãſmittitur etiã hodie ad extraneũ: ſed ad ſuũ ſic: vt C. e. ſcimus. in fi. & cõcor. huic. §. j̃. de fideicõm. lib. l. ſi filius. §. erit. & de bon. lib. l. ſi filius. & . j̃. proxi. rñ. & . j̃. de his qui. vt indig poſt legatum. §. qui accuſauit.

o *Cum non proprio*. aſſignat cauſam omnium prædictorũ. & eſt ar. de tanquã, id eſt de dictione tãquam: vt dixi ſupra de adop. ſi pater. §. qui duos. Quod facit, vt ſi ille qui tulit ſententiam, ſuccedit iudici appellationis: poſſit iudicare. Item hæc ſucceſſio de qua hîc dicit, eſt inſti. de adqui. per adro.

t *Debebant*. etiam ciuiliter, ſi emancipati: ſi in poteſtate, naturaliter. Accur.

u *Agnoſcere*. Not. de tacito conſenſu: vt infra eodem. l. penulti. Sed argu. contra infra de adquiren. heredi. l. pro herede. §. primo & ſecundo.

x *Egerunt*. quilibet pro parte.

y *Non agere*. ſcilicet repudiando.

z *Accreſcit*. ſcilicet vt poſſit petere ſicut aliam. ſic & infra, ſi pars here. pe. l. ſecunda. & C. quando non pe. par. l. j. & ſupra eo. l. qui repudiantis. non autem ipſo iure: imò heredi ſcripto accreſcit ipſo iure, licèt de nouo petat: vt inſtitu. de here. inſtitu. §. hereditatis. verſic. non autem.

a *Tempore*. ſcilicet quinque annorum: vt C. eod. l. ſcimus. §. illud.

SI proponas.] CASVS. Titius filium emancipatum præteriit & nepotem, extraneo inſtituto. an filius poſſit agere querela? Et rñ. quòd non: ſed petet bo. poſ. cõtra tab. ſecus ſi fuiſſet exheredatus. [SI HEREDITATEM.] Filium exheredaui: extraneũ inſtitui. filius noluit agere: ſed hered. emit ab herede ſcripto: vel conduxit prædia hereditaria: vel quid inutiliter fecit. videtur agnoſcere iudiciũ defuncti: & ideo nõ aget querela. [SI DVO.] Duobus filiis exheredatis, & extraneo inſtituto deceſſi. ambo egerunt: ſed alter poſtea repudiauit. accreſcit alteri. idẽ eſt ſi alter quinquennio ſit excluſus, ſcilicet quòd alteri accreſcat. Viuia.

CIrca.] CASVS. Habebam duos filios. vnum inſtitui: alterũ exheredaui: & extraneum inſtitui. egit exheredatus contra extraneum: & obtinuit. an valeat quod actũ eſt? Et reſpon. quòd ſic: quia in vna & eadem cauſa euenire poteſt vt diuerſæ ſententiæ proferantur. Viuianus.

*Vt in*

a *Vt in vna*.ſed nonne alia eſt cauſa, cum inter alias perſonas litigetur: vt.j.de except.rei iudi.& an eadem? Reſpon.impropriè vocat eandē cauſam: ſed hoc ideo facit, quia eadem eſt perſona & agentis, & iudicis fortè. Vel quia de eadem re, id eſt de teſtamento inofficioſo tractatur. ſic.C.ne lice.in vna eadémq; cauſa.

Ex poſt facto poteſt quis decedere pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.Bartolus.

XXIIII. VLPIANVS *libro quadragenſimooctauo ad Sabinum.*

Circa inofficioſi querelā euenire plerumque adſolet, vt in vna[a] atque eadem cauſa diuerſę ſententiæ proferātur. Quid enim ſi fratre agente heredes ſcripti diuerſi iuris[b] fuerunt? Quod ſi fuerit: pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus deceſſiſſe videbitur.[c]

Datum inter viuos vt computetur in quartam, querelam excludit, & ad ſupplementum agetur,& in collationē veniet.Bart.

XXV. IDEM *libro ſecundo Diſputationum.*

Si non mortis cauſa fuerit donatum, ſed inter viuos, hac tamen contemplatione, vt in quartam[d] habeatur, poteſt dici inofficioſi querelā ceſſare, ſi quartam in donatione habet: [aut† ſi minus habeat, quod deeſt, viri boni arbitratu repleatur:][e] aut certè[f] conferri oportere id quod donatum eſt.

Etiam eo cuius non intereſt agente, teſtamentum rumpitur: & ſi præcedens eſt excluſus, ſequenti non obſtat. Bartolus.

Si quis[g] cum non poſſit de inofficioſo queri,[h] ad querelam admiſſus[i] pro parte[k] reſcindere teſtamentum tentet, & vnum ſibi heredem eligat, contra quem inofficioſi querelam inſtituat: dicēdum eſt, quia teſtamentum[l] pro parte valet, & præcedentes[m] eum perſonæ excluſæ ſunt,[n] cum effectu eum querelam inſtituiſſe.

b *Diuerſi iuris*.quia alter filius,& alter extraneus:& agitur de teſtamento patris. vel alter non capax, quia turpis perſona:alter honeſta: & agitur de teſtamento fratris: vt ſupra eo.l. mater.§. ſed non eſt.& l.nam & ſi.§.filius.

c *Videbitur*. ſcilicet ex poſt facto. aliàs cōtra: vt inſtitu. de hered.inſtit.§.hereditas. verſic. non autem. ſecus autem in teſtamento rupto: quod nō pro parte,ſed in totum rumpitur: vt infra de iniuſt. teſt.l.penult.

Si non.] CASVS. Pater inter viuos donationem fecit filio, vt eā imputaret in quartam, vt libere teſtari poſſit. an filius ſi extraneam inſtituit, & ipſe exheredetur, poſſit agere querela? Et reſpō. quòd non. hoc in prima. Si minus ſit in donatione quàm quarta: aget ad ſupplementū. hoc in ſecunda. Sed quid ſi velit ſuccedere cum aliis: an debeat cōferre? Dicitur quòd ſic. hoc in tertia. [SI QVIS.] Cum emancipatus duos filios haberet & patrem, duos extraneos inſtituit: filios exheredauit, & patrem præteriit. pater egit querela de facto: quia de iure nō potuit: quia filij ſui præcedebāt: & obtinuit pater. filij egerunt, & ſuccubuerunt, tempore fortè vel repudiatione excluſi. an videtur pater rectè egiſſe? Et videtur quòd ſic. Viuianus.

† Incluſa videntur addita per Tribonianum, vt Accur.& cęt. notāt' argu. l 4 C. Theo. eod.

d *In quartam*. quia aliàs non computatur: vt hîc, &. C.eod.l. ſiquando.§.generaliter.&. C.de col.l.penult.in fine.

e *Repleatur*. aliàs debeatur. hoc de repletione additum eſt à cōpoſitoribus noui iuris, per id quod eſt.C.eod.omnimodo. Item quod ſubiicit de collatione facienda ex teſtamento, adiicitur per id quod eſt.C.de col.authē.ex teſtamento. Alij dicunt quòd mutatur caſus, vt dicat ab inteſtato, cum ex teſtamento non fiat hoc iure collationis: vt.C.de colla.l.prima.

f *Aut certè*. Sed dicas non agi ad repletionem, nec eſſe ea contentum. Azo. Vel dic quòd mutat caſum quando ab inteſtato.

g *Si quis*. pater.

h *De inofficioſo queri*. ab initio.

i *Admiſſus*. ſcilicet de facto.

k *Pro parte*. alia qua iſte non agit.

l *Teſtamentum*. ſcilicet filij emancipati.

m *Præcedentes*. ordine, ſed non gradu: vt filij patrem, ſecundum Azo. vt not. ſupra eo.l.pater.

n *Excluſæ ſunt*. tempore, vel repudiatione, vel ſentētia: ſiue poſt litem conteſtatam ab iſto: ſiue quandocunque: vt argu. ſ.eod. l.ſi proponas.in fine.& not.quòd duo dicit, ſcilicet & teſtamentum pro parte valere, & excluſos eſſe filios. ſecus ſi in totum deficeret. tunc enim ab inteſtato admitterentur in totum etiā qui prius eſſent excluſi à querela tempore, vel per ſententiam, ſecundum Al. quòd ſi alio modo per repudiationem, non venirent, quia fecerunt locum ſucceſſorio edicto.& dic vt.ſ.eod.l.pater.

A Si ſub hac.] CASVS. Filio exheredato, extraneo inſtituto ſub conditione ſi ſeruum ſuum proprium heredis manumiſerit, egit filius querela: & obtinuit. qualiter ſuccurratur heredi, vt reſarciatur ſibi damnum quod per ſeruum manumiſſum habet? Reſpon. quòd conſequitur pretium ſerui ab ipſo manumiſſo. Viuianus.

B Libertas data cauſa implendi conditionem in teſtamento inofficioſo adiectam, non reſcinditur: ſed eius pretium à manumiſſo ſoluitur. Bartolus.

XXVI. IDEM *libro octauo Diſputationum.*

Si ſub hac cōditione fuerit heres inſtitutus, *ſi Stichum manumiſerit*,[o] & manumiſiſſet: & poſtea quàm manumiſit, inficioſum vel iniuſtum teſtamentum pronuntietur: æquum eſt huic quoque ſuccurri, vt ſerui pretium[p] à manumiſſo accipiat: ne fruſtra ſeruum perdat.

C Si fides tranſactionis non ſeruatur, poteſt exheredatus ad querelam redire. Bartolus.

XXVII. IDEM *libro ſexto Opinionum.*

Si inſtituta de inofficioſo teſtamento accuſatione, de lite pacto tranſactum eſt, nec fides ab herede tranſactioni præſtatur: inofficioſi cauſam integrā eſſe placuit.[q]

Licèt teſtator aliquem ſuum filium eſſe negauit, ſi exheredauit eum, habet querelam. Bart.

D Ei qui ſe filium eius eſſe adfirmat, qui teſtamēto id denegauit,

o *Manumiſerit*. ſcilicet ſeruum ſuum: ſecus ſi hereditariū: quia tunc etiam libertates reſcinduntur: vt ſupra eodem. l. Papinianus. §. finali. ſed in hereditario videtur talis conditio impoſſibilis, cum eam non poſſit adimplere niſi adita hereditate: & adire non poteſt, niſi adimpleat cōditionē. ſed certè imò admittitur talis conditio: vt infra de condi. inſtit. l. mulier quæ. §. penultimo.

p *Pretium*. Sed quod pretium? Reſpon. quidam, id quod dicitur C. de cōmuni. ſer. ma. l.prima. alij de viginti aureis: vt ſupra eodem. l. Papinianus. in fine. tu dic verum prætium: vt argum. C. ſi aduer.lib.l.ij. Item qua actione? Reſpon. quidam actione in factū: quæ in variis cauſis eſt inuenta: vt. C. de ſacroſanctis eccleſiis. l. ſancimus. Alij dicunt ſine cauſa: vt infra de condic. ſine cauſa. l. ſecunda. Alij ob cauſam: vt. j. de condic. cauſa da. ſed & ſi falſum. Tu dic ſecundū Ioan. condictione ex hac. l. quæ etiam ex lege veteri datur: vt. j. de adulteriis. l. quod ex his cauſis.

Si inſtituta.] CASVS. Filius exheredatus tranſegit cum ſcripto, vt ſcriptus daret ſibi decem intra tempus aliquod. ſi ſcriptus non ſtet placitis, an querela filius exheredatus agere poſſit, quæritur. Et reſpon. quòd ſic. [EI QVI.] Habebam filium: & cum facerem teſtamentum, dixi hunc non eſſe filium meum, & ſic alium extraneum inſtitui. quæritur vtrum iſte quem negaui eſſe filium meum, poſſit agere de inofficioſo teſtamento? & reſpon. quòd poteſt. [DE INOFFICIOSO.] Si miles exheredet filium, & extraneum inſtituat, an filius licèt ſit miles, poſſit dicere teſta. eius inofficio. quæritur. & reſpon. quòd non. [DE INOFFICIOSO.] Auus nepotem ex filio exheredauit, & filium ſuum inſtituit, vel alium: non curo. egit nepos pro parte, & obtinuit. E ſed ſcriptus appellauit. an pendente appellatione poſſit nepos petere alimenta pro modo facultatum? Et reſpon. quòd ſic: & ſcriptus habebit neceſſe ea præſtare. [DE TESTAMENTO.] Mater habens filium abſentem quem credebat mortuum: teſtamentum fecit, & extraneum inſtituit nulla mentione facta de filio. an filius rediens poſſit agere querela, quæritur. Et dicitur quòd ſic. Sed an legata & libertates debeantur? Dicitur quòd ſic. & ſpeciale eſt in hoc caſu: aliàs rupto teſtamento non valent legata relicta: vt in.l. ſequenti.

q *Placuit*. ſcilicet ei qui tranſegit: quia non debet ei fides ſeruari, &c. vt.C.de pact.l. cum proponas. & de tranſactio. l.ſi diuerſa. ſed heredi eius qui tranſegit, non reſtituitur querela, ſed datur actio præ. verbis: vt. C. de tranſact.l. cum mota. quæ eſt contra.[a] ſupra eod.l. nam & ſi.§.j.&.l. Papinianus.§. ſecundo. Vel dic vt in contraria notatur.

a] Solue ſecundū Bart. quòd ibi ille qui egerat querela diſceſſerat à lite. quod dic plenè vt ibi.

a *Exheredauit.* per quod præſumitur filius, cum ſit inepta res in extraneos exheredatio: vt.j.de verb.obli.l.quidam cum filium.
b *Supereſt.* ſed quomodo hoc? nam non eſt exheredatus ritè, ergo ceſſat querela: vt.j.de libe. & poſtumis.l.ſi poſtumus.§.fi. & ad Car.l.j.§.Pomponius.quę ſunt cōtra.Sed dic quòd ritè exheredauit: ſed poſtea in quadam parte teſtamenti negauit eum filium eſſe.
c *Teſtamento militis.* id eſt militātis: vel etiam non militantis, ſi eſt filiusfamil. vt. C.eod.l. fi.ſecus in vterano patrefamilias, vt. ſ. eod. l. Papinianus. §. Papinianus.
d *De inofficioſo teſtamēto.* ſcilicet aui.
e *Patruum ſuum.* heredem ſcriptum.
f *Decerni.* hoc in cauſa appellationis: & cum obtinuit in principali: aliàs fortè ſecus: argu. ſ.eo.l.qui de inofficioſo. Item no.quòd non remanēt omnia in eodem ſtatu appellatione pendente. ſic infra de appel. imperatores. Item not. argu. quòd monachus ſit alendus de bonis monaſterij in cauſa quam habet cōtra abbatem, accuſando eum: vt extra de accu.ca.ex parte. & ſic not. quædam propter cibaria permitti: vt.j. titulo primo. l. diuus. &.C.de or.cogni.l.fin. & infra vt in poſſeſ. le. penul.& de libe.agno. l. ſi negēt.

Monachus agens cum ſuo abbate in accuſando eum, de bonis monaſterij eſt alendus.

g *De teſtamento.* expone hunc. §. vt infra. l. proxi.
h *Cum mater. Alios.* ſcilicet extraneos: ſecus ſi alios filios: quia tunc non proponitur querela: vt C.eod.lege.iij.Accurſius.

Auth.ex cauſa.C. de liber.præter.

tamen eum exheredauit, [a] de inofficioſo teſtamento cauſa ſupereſt. [b]

Qui in querela obtinuit, pendente appellatione debet ex hereditate ali. Bartolus.

De inofficioſo teſtamento militis [c] dicere nec miles poteſt.

De inofficioſo teſtamento [d] nepos contra patruum ſuum [e] vel alium ſcriptum heredem pro portione egerat, & obtinuerat, ſed ſcriptus heres appellauerat. placuit interim propter inopiam pupilli alimenta pro modo facultatium quæ per inofficioſi teſtamēti accuſationem pro parte ei vindicabantur, decerni: [f] eáque aduerſarium ei ſubminiſtrare neceſſe habere vſque ad finem litis.

Præteritio matris de filio, etiam quem ignorabat, habetur pro exheredatione. Bartolus.

De teſtamento [g] matris quæ exiſtimans periſſe filium, alium heredem inſtituit, de inofficioſo queri poteſt.

Secundum gloſ. breuiter. hoc dicit. Si teſtamentū rumpitur ex cauſa præteritionis facta re, non conſilio: legata remanent valida. Bartolus.

### XXVIII. Paulus *libro ſingulari de Septemuiralibus Iudiciis.*

Cum mater militē filium falſo audiſſet deceſſiſſe, & teſtamento heredes alios [h] inſtituiſſet: diuus Hadrianus decreuit hereditatem ad filium pertinere, [i] ita vt libertates & legata præſtentur. [k] Hîc illud † adnotatum, [l] * quod de libertatibus & legatis adiicitur. Nam cum inofficioſum teſtamentum arguitur, nihil ex eo teſtamento valet.

Ille cuius intereſt, poteſt adeſſe cauſæ, ne colludatur. Barto.

### XXIX. Vlpianus *libro quinto Opinionum.*

Si ſuſpecta [m] colluſio ſit legatariis inter ſcriptos heredes, & eum qui de inofficioſo teſtamento agit: adeſſe [n] etiam legatarios, & voluntatem defuncti tueri cōſtitutum eſt. [o] eiſdémque permiſſum eſt etiam appellare, ſi contra teſtamētum pronuntiatum [p] fuerit. De inofficioſo teſtamento [q] matris, ſpurij quoque filij dicere poſſunt.

Si cauſa ſuper querela tranſactione deciditur, teſtamentum remanet validum: & debentur legata. Bartolus.

Quamuis inſtituta inofficioſi teſtamenti accuſatione res tranſactione deciſa ſit, tamen teſtamentum in ſuo iure manet: & ideo datæ in eo libertates atque legata vſque quo Falcidia [r] permittit, ſuam habēt poteſtatem. [ſ]

Fœmina per adoptionem non poteſt habere filium qui poſſit habere querelam. Bartolus.

Quoniam fœmina nullum adoptare filium ſine iuſſu † principis poteſt: [t] nec de inofficio-

† iuſſu.i.permiſſu: vt inſtit.de nup. in prin.

i *Pertinere.* ſcilicet perlata querela: vt.ſ.l.proxi.nam late patet verbum pertinere: vt.j. de verb.ſignifi.l. verbum pertinere.ſed certè imò videtur ceſſare querela, & directò filio hereditas reſtituenda: vt.j. de here. inſtitu.l. fin. ſed ibi aliud fecerat teſtamentum in quo filium inſtituerat heredem: hîc non.Item argu. C.de temporibus in integrum reſtitutionis. l. ſi intra. &. C. de teſta.mili.l.ſi cum vel in vtero.
k *Præſtentur.* imò non: vt.ſ.eo.l.Papinianus.in fine. quæ eſt cōtra. Solu. [a] hîc tantum re fuit præteritio facta: ibi re & conſilio: vnde omnia reuocantur. Alij dicunt hoc fuiſſe ſpecialiter cuidam indultum: quia fuerat filius iuſte præteritus. Alij, vt Azo, quòd hoc corrigitur per id quod hîc ſubiicit.

a] Cuiac.lib. 10.obſ.c. 14.

l *Adnotandum eſt*, id eſt reprehenſio ſubiicitur. ſed tu dic primam expoſitionem: & quod ſubiicit, adnotandum, id eſt hoc eſt notandum in hoc reſcripto quòd teneant legata: quod non eſt vbi aliàs re & conſilio teſtamentum pronuntiatur inofficioſum: vt ſubiicit: vt.ſ.eo.l.qui repudiantis.in fine.Accurſius.

Si ſuſpecta] casus. Deceſſi exheredato filio: & extraneo inſtituto herede. ſi legatarius timeat ne ſcriptus cum illo qui agit de inofficioſo, colludat: an debeat adeſſe, & iudicium defuncti tueri? Et reſpon.quòd ſic, & appellare poteſt: quia eius intereſt. [de inofficioso.] Planus eſt: quia dicit ꝙ ſpurius poteſt agere querela. [quamvis.] Si filius exheredatus cum ſcriptis tranſigat: an legata & libertates debeantur, & valeant: quæritur. Et reſpō.quòd ſic debētur legata quatenus patitur lex Falcid. [quoniam.] Si mulier filiū adoptat, quod facere non poteſt: e úmq; exheredet: an filius poſſit agere querela, quæritur. Et dicitur quòd non: quia nec adoptio tenet. [in ea.] Mater Bononienſis habens duos filios, extraneum, ſcilicet Rheginenſem inſtituit, & filios exheredauit. dicitur quòd vbi ſcriptus habet domicilium, & ibi agere debent filij exheredati. Viuianus.

m *Si ſuſpecta.* hîc ſume arg. ꝙ non habet quis neceſſe cauſam ſuſpicionis probare. ſic. C. de iudi. l. apertiſſimi. & de his qui ad eccle. confu.l.fin.& de adul. l.quamuis.& in authē. vt lice.m. & auiæ. §. his quoque. collatio. octaua. Sed argu.contra infra de libe. cau.l. ſi pariter. additio. Solue ſecundum Bald. & dic quòd hîc agitur de iure conſeruando ſine alterius iniuria. ſecus ſi agitur de aliquo repellendo, vel grauādo: vt.j.de priui.credi. l.ſi creditores.

† adnotandum.
* Nō reprehenſum: ne pugnet cum l.8 §.vlt.ſ.eo. ſed obſeruatū: quomodo vſurpatur.l. debitor in fi. de lega.2.j.

n *Adeſſe.* Sed an poſſint legatarij producere teſtes illo nolente producere? Videtur ꝙ non: quia non eſt dominus litis per conteſtationem. Sed ecōtra puto quòd ſic: quia eſt particeps litis: vt in authen.de litig. §. & hoc autē præſent. col. viij. Item videtur legitima perſona: vt & pater in bonis filij: vt hîc: & in concor. hîc poſitis, &. C. de bon. ma. l. j. Item poteſt appellare, & teſtes producere in cauſa appellationis: vt C. de ap. l. eos. §. j. & hic ergo & in principali teſtes producere poteſt. Item hoc in beneficiū legis quod poteſt adeſſe, ergo late interpretandum: vt ſupra de conſtit. princ.l. vltima. Item ideo poteſt adeſſe, ne colludatur. debet ergo poſſe facere omnia quæ fiunt ne colludatur: arg. ſupra de iur. om.iu. l.ij.vel ſaltem illos debet producere quos nominauerit iſte: ſicut & præſes dat tutores quos nominat magiſtratus: vt. j. de mag. conue.l.j.§.ſi præſes.Accurſius.
o *Conſtitutum eſt.* vt infra de pig. l.ſi ſuperatus. & infra de app. à ſententia.§.ſi heres. &.§. idem reſpondit. & ſupra de procur.l. Paulus reſpon.§. eum. & in authen. de liti. §.& hoc autem præſenti. colla.viij.
p *Pronuntiatum.* ſed an ſententia lata [b] & non appellata poterunt excipere debitores cōtra filium exheredatum, dicentes, non tibi ſoluere debemus: quia colluſiſti? Reſpon.ſic.Sed nonne debet haberi ſicut heres in veritate: vt.ſ.eod.l. Papinianus.in fin? Reſpon.verum eſt, niſi probetur colluſio.Accurſius.

b] Notabilis gl.nec reperitur alibi de iure ciuili: ſed de iure canonico habetur in c.2. de procu. li. 6.Pau.

q *De inofficioſo teſtamento matris.* quæ illuſtris non erat: vt inſtit. ad Orfi.§.ſciendum.aliàs ſecus: vt.C. ad Orfi.l.pe. & hoc etiam hodie ſeruatur: niſi ſint ex tali coitu nati, qui poſſit accuſari: vt adulterij, vel ſimilis: quia cum non ex voluntate capiant, multo minus contra voluntatem: vt in authen. quibus modis na.§.fina.colla.vj.
r *Falcidia.* hoc ad legata, non ad libertates refertur: vt. ſ. eo.l. Papinianus.§.quoniam autem.
ſ *Poteſtatem.* vt.ſ.de tranſact.l.imperatores. Sed contra.ſ.eod. tit.de tranſact.l.controuerſia.Solu.vt ibi.Accurſius.
t *Poteſt.* vt inſtit.de adop.§.fœminæ.Sed quid ſi iuſſu? Reſpon. nec tunc poteſt agere querela: vt.C.de adop.l.cum in adoptiuis. §.ſed ne articulum.

*Adoptiuam*

UNED

a *Adoptiuam.* id eſt per adoptionem ſibi conſtitutam. Accur.
b *Domicilium habent.* vel etiam vbi eſt maior pars hereditatis: vt ſupra de iudi. l. ſi fideicommiſſum. §. penult. in princip. l. & hoc niſi filius querela vtatur in modum contradictionis: vt ſupra eodem. l. Papinianus. §. ſi filius.

A &.l.virilis. Item quo ad aliud intereſt etiam in querela: quia vbi aliquis de liberis eſt inſtitutus, irritatur pro parte teſtamentum: quando extraneus, in totū: vt. ſ. eo. l. mater. §. ſed non eſt admittendum. & tale intereſſe reperitur. j. tit. j. l. ſed vtrum. Acur.
i *Nocebit.* Sed quare hoc? Reſp. quia ille erat inſtitutus pro parte heres: vel inſolidū: tamē me heredē ī portiū cula inſtituit. ꝙ ſi ipſe heres inſolidū eſſet, me quoq; inſolidum inſtituiſſet. facta omniū bo norū cōfuſione, nō haberem quid quærerē.

*Duerſus.*] CASVS. Filius tuus dedit ſe in adoptionem: qui filius fecit teſtamentū, & te exheredauit, & extraneum inſtituit: an poſſis agere querela, quæritur. Et dicitur ꝙ ſic. [TVTORES.] Paterfa. impuberem exheredauit, & alium inſtituit: tutoribus legata reliquit: an tutores nomine pupilli agere poſſint? Et reſpō. quòd ſic. Viuianus.

ſo teſtamento eius quam quis ſibi matrē adoptiuam [a] falſò eſſe exiſtimabat, agere poteſt. In ea prouincia de inofficioſo teſtamento agi oportet, in qua ſcripti heredes domicilium [b] habent.

XXX. MARCIANVS *libro quarto Inſtitutionum.*

ADuerſus teſtamentum filij in adoptionem dati, pater naturalis rectè de inofficioſo teſtamento agere poteſt. [c]

Qui agit nomine alterius de inofficioſo nō eſt indign⁹ legato. B.

Tutoribus pupilli nomine ſine periculo eius quod teſtamēto datum eſt, agere poſſe de inofficioſo vel falſo, teſtamento diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. [d]

In querela locus eſt ſucceſſorio edicto. Bartolus.

XXXI. PAVLVS *libro ſingulari de Septemuiralibus Iudiciis.*

SI is qui admittitur ad accuſationem, nolit [e] aut non poſſit [f] accuſare: an ſequens admittatur, videndum eſt. Et placuit poſſe: vt fiat ſucceſſioni locus. [g] C

Quantum ad inofficioſi liberorum vel parentium querelam pertinet, nihil intereſt [h] quis ſit heres ſcriptus, ex liberis, an extraneis, vel municipibus.

Qui heredi inſtituto iure vniuerſali ſuccedit, à querela non excluditur. ſecus ſi titulo particulari. Bartolus.

Si heres extiterim ei qui eo teſtamento inſtitutus eſt quod de inofficioſo arguere volo, non mihi nocebit: [i] maximè ſi eam portionem [k] non poſſideam, vel iure ſuo poſſideam. [l] Diuerſum [m] dicemus ſi legauerit mihi eam rem quam quis ex eo teſtamēto acceperat. [n] nam ſi eam agnoſcam, repellar [o] ab accuſatione. Quid ergo ſi aliàs voluntatem teſtatoris probauerim: puta in teſtamento adſcripſerim, poſt mortem patris conſentire me? Repellendus ſum ab accuſatione. B

Qui eſt aduocatus pro herede, videtur approbare teſtamentū. B.

XXXII. IDEM *libro ſingulari de inofficioſo Teſtamento.*

SI exheredatus petēti legatum ex teſtamēto aduocationem [p] præbuit, procurationémve ſuſceperit, remouetur ab accuſatione. adgnouiſſe enim videtur, qui qualequale iudicium defuncti comprobauit.

Qui eſt heres legatarij, & legatū petit, videtur teſtamētum approbare. Bartolus.

Si legatario heres extiterit exheredatus, petieritq; legatum, videbimus an ſit ſummouēdus ab hac accuſatione. Certum eſt enim iudicium defuncti: & rurſus nihil ei ex teſtamento relictum verū eſt. tutius [q] tamen fecerit, ſi ſe abſtinuerit à petitione legati.

## DE HEREDITATIS petitione.

### TITVLVS III.

D Hereditas ad nos pertinet ex teſtamento, vel ab inteſtato: de iure antiquo vel nouo. Bart.

I. GAIVS *libro ſexto ad Edictum prouinciale.*

c *Agere poteſt.* Sed cū ſit in poteſtate adoptiui patris: vt ſupra de adop. l. j. nullum eſt teſtamentum: niſi ſit miles: vt inſtitu. qui teſta. fa. poſſ. in princi. ſed & tunc non agitur: vt ſupra eod. l. ſi inſtituta. §. de inoffic. teſtam. Reſpond. quidam dicunt hîc loqui quando non tenuit adoptio. & ſic faciunt loqui infra de contra tab. l. iij. §. ſi pater. Tu dic quòd hîc loquitur de filio qui teſtatur in quaſi caſtrenſi peculio: quod teſtamentum poterat expugnari iure iſto: licèt nō hodie: vt. C. eo. l. fin. & ſic loquitur etiā dicta l. de contra tab. l. iij. §. ſi pater. Alij dicunt ꝙ hîc erat emācipatus ab adoptiuo patre.
d *Reſcripſerunt.* quia nemini debet ſuum officiū eſſe damnoſum: vt infra quemad. teſta. aper. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ſic & . C. de admi. tuto. l. cum quidam. & inſti. eo. §. ſi tutor, & . ſ. eo. ſi pars. §. ſi. & . l. filius. §. multo. & . j. de his qui. vt indig. l. tutorem. Accurſius.

k *Si eā portionē.* quæ ei in eo teſtamēto relicta eſt: & ex eo ꝙ dicit maximè, idem eſt ergo ſi poſsiderem. vel abundat maximè. Accur.
l *Poſſideā.* ſi habes, non poſſideā: ſupple, ſed alieno, puta emptiōe facta ab aliquo cui ipſe vēdidit. ſi nō habes, nō tūc ſuo iure. i. meo. & erit idē ſēſus ꝗ primo. vel ſuo. i. hereditario, ſecūdū primū p īſtitutionē, vel p legatū. Ac.
m *Diuerſum.* Sed cur diuerſū? Rñ. quia ſupra propter hereditatē patris mei nō adiui: imò ꝓpter hereditatē quā agnoui. nā & fortè ignorabā eſſe inſtitutum eū cui ſucceſſi: ſed hîc ipſam rē legatā à patre agnoui: ar. inſtit. de teſta. §. legatari⁹ autē. Vel ſecūdū M. legatū ex voluntate, portionē hereditatis ex neceſſitate: vt j. de acq. he. l. j. & . ij. & de leg. l. legatari⁹. §. j.
n *Acceperat.* per inſtitutionē, vel p legatū. — In vulgatis eſt, De petitione hereditatis.
o *Repellar ab accuſatione.* j. e. §. multo. & . §. ſi. cōtra. Sol. amplì⁹ præiudicat mihi agnitio legati relicti mihi, vel cui ego exheredat⁹ ſucceſſi: vt hîc, & . j. l. pxi. §. j. quàm actio inofficioſi teſtamenti ex perſona eius cui heres extiti, à me intēteta. vel nec re nec ſpe competebat querela legatario ibi: hîc ſecus.

SI is qui.] CASVS. Auus filium ſuum & etiam nepotem ex filio exheredauit. filius non vult agere de inoffic. teſta. patris: quæritur an nepos admittatur ad querelā de inoffi. teſta. aui ſui? Et reſpon. quòd ſic. [QVANTVM.] Paterfa. filium exheredauit, & extraneum inſtituit. an exheredatus poſſit agere querela? Dicitur quòd ſic: quia nil refert, fuerit inſtitutus ex liberis, an ex extraneis: quia ſemper filius agit querela. [SI HERES.] Extraneū inſtitui, filium exheredaui: extraneus, ſcilicet ſcriptus, illum filiū meum exheredatum inſtituit: an nihilominus aget filius querela? Et reſpon. quòd ſic: quia intellige cum ſcriptus habeat coheredem: vel inſolidū erat heres. ſed in minori particula legitimus filius eſt inſtitutus. hoc in prima. Sed quid, ſcriptus legauit legitimo rem aliquam: an ſimiliter agere poſſit? Et reſpon. quòd nō. Et hoc in ſecunda. Quocunque autem modo iudicium defuncti agnoſcat filius, ſibi præiudicat in querela. Viuianus.
e *Nolit.* vt quia repudiauit: aliàs nō: vt. ſ. e. qui repudiātis. in prī.
f *Non poſſit.* quia præmoritur, vel repudiauit, vel aliàs excluſus eſt tempore.
g *Locus.* hoc ſi ſuo iure velit admitti. ſecus ſi eius qui repudiauit: vt. C. eo. l. ſi quis filium. Vel dic vt not. ſ. eo. pater.
h *Nihil intereſt.* Sed quantum ad contra tab. intereſt: quia quādo extraneus eſt heres inſtitutus, non in totū tuetur agentem: ſed ſi aliquis ex liberis, in virilē: vt. j. de lega. præſtan. l. filium. §. ad eū.

SI exheredatus.] CASVS Filiū exheredaui: extraneū inſtitui: Titio ſix. legaui: mota petitione legatario: ſi fili⁹ pſtet patrociniū: an ſibi videatur præiudicare quātū ad querelā? Et rñ. ꝙ ſic. [SI LEGATARIO.] Filio exheredato, extraneo inſtituto, mihi legatū reliquit: filiū exheredatū inſtitui ego legatarius: an poſſit petere legatū nullo ſibi generato præiudicio in querela: Reſpō. ꝙ non: ſed dicit quòd tutius eſt quòd abſtineat ſe à petitione legati. Vi.
E p *Aduocationē.* imò nec videtur tolli propter aduocationē: vt. j. de rei vin. l. inter officiū. & . j. de bo. lib. ꝗ cū maior. §. ſi patroni. quę ſūt cōtra. Sol. hoc ſpeciale ī querela: quia odioſa eſt. vel hîc ſciēs: ibi ignotās: arg. ſ. e. l. mater. Ad id ꝗ ſubiicit de ꝓcuratione, eſt contra inſti. eo. §. ſi tutor. Sed ibi ex neceſſitate egit tutor. — Querela inoffi. odioſa eſt.
q *Tutius.* poſſet ergo vtrunq;: abſtinere, & non abſtinere: vt. ſ. l. proxi. §. ſi heres extiterim. j. reſpon. quæ eſt cōtra. Nec obſtat. j. eo. §. ij. reſpon. quia hic exheredatus extitit heres legatario: ſed ibi ſucceſſit in legatum. vel dic tutius, id eſt tutē: vt repellatur ſi acceperit propter generalia verba ſuperioris. l. in fine. Accur.

DE HEREDITATIS PETITIONE.

*Poſito de querela quę eſt præparatoria huius, ponit & de hoc. Accur.*

*Poſt petitionē hereditatis de inofficioſo teſtamēto generalis proponitur petitio hereditatis. i. vindicatio aſſis qui ad nos iure aliquo pertinet, ſed ea actione continentur, etiā quæ nunquam hereditatis fuerunt, vt pretia rerum venditarū & pecunia exacta à debitoribus: & ideo miſta eſt actio. Cuiac.*

Hereditas ad nos pertinet aut vetere iure, aut nouo. Vetere, è lege duodecim tabularum, [a] vel ex teſtamento quod iure [b] factum eſt:

II. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Edictum.*

Siue ſuo [c] nomine, ſiue per ſe, ſiue per alios effecti ſumus:

III. GAIVS *libro ſexto ad Edictum prouinciale.*

Veluti ſi eam perſonam quæ in noſtra poteſtate ſit, inſtitutam iuſſerimus adire hereditatem. [d] Sed & ſi Titio qui Seio heres extitit, nos heredes facti ſumus: ſicuti Titij hereditatem noſtram eſſe intendere poſſumus, [e] ita & Seij. Vel ab inteſtato, [f] fortè quòd ſui heredes [g] defuncto ſumus, vel adgnati, vel quòd manumiſimus defunctum: quódve pa-rẽs noſter manumiſerit. [h] Nouo [i] iure fiũt heredes omnes qui ex ſenatuſconſultis [k] aut ex cõſtitutionibus [l] ad hereditatem vocãtur.

*Hereditas.*] CASVS Hæc.l.& duæ ſequẽtes tractant de eadem materia. Oſtendit enim cui detur hæc actio: & dicit quòd hereditas ad aliquem pertinere poteſt iure veteri & nouo: & ſiue nouo iure datur ei hereditatis petitio: ſiue iure veteri. Iure autem pertinere poteſt duobus modis. vel ab inteſtato, hoc eſt.l.xij. tab. vel ex teſtamento ad nos pertinet: ſiue noſipſi heredes alicui exiſtamus: ſiue per alios qui nobis ſubiecti ſunt &c. vt in litera. In fine tamẽ dicit quòd nouo iure defertur alicui hereditas quandoque ex ſena. conſul. quandoque ex conſtitutionibus. Viuianus.

a *Tabularum.* hoc mẽbrum ſubdiuiditur, ex teſtamẽto, vel ab inteſtato: vt.j̃.de verbo.ſigni.l.lege. Itẽ ex teſtamẽto ſubdiuiditur: vt hæc litera dicit.

b *Quod iure.* non iure factũ poteſt dici & id quod ruptum, vel irritum, vel nõ ſolẽne eſt: vt inſtit. quibus modis teſt.infir.§.alio autem. ver.hoc autẽ caſu. Sed ſpecialiter tamẽ ſignificant ſingula diuerſa: vt.j̃. de iniuſt. teſt. l. j. ex nullo verò tali pertinet ad nos hereditas, vt de iure ciuili adiri poſſit: vt hîc innuitur, & probatur. j̃. de iniuſt.teſt.l.iij.§.fin.&.l.denique.&.l.nam & ſi ſub conditione.& de libe.& poſtu.l.ſi filius qui.&.C.de teſta. l.ex imperfecto.&.j̃.de contra tab.filiũ.§.ſed eum. Porro quandoque datur in prædictis bo.poſſ.ſecundum tabu.licèt adiri nõ poſſit: vt.j̃.de iniuſt.teſt.l.poſtumus.j.reſpon.&.§.idem. &.l.filio.& inſtit.quibus modis teſt.infir.§.non tamen.

c *Siue ſuo.* Tria membra ponit. Primò ſuo nomine: vt non per ſe, ſed per filium, vel ſeruum. Secundò per ſe: vt cum inſtituti ſumus: vt.C.ad Tertyl.l.j. Tertiò cum ſucceſsimus Titio, qui fuit heres Seio. & hoc ſecundũ quoſdam. Sed Ioan. econtra ſuo nomine, cum ipſe eſt inſtitutus: per ſe, quãdo per filium, vel ſeruum: vt ar.j̃.de ope. lib.l.cum patronus.§. cum libertus. &.j̃.de vulgari ſubſtitutione.l.qui liberis.§.fi. Iſtæ parum faciunt. Tertium verò non mutatur. Tu potes facere duo mẽbra, vt hoc ſuo nomine, ſubdiuiditur ita, ſiue per ſe: vt cum ipſe inſtitutus eſt: ſiue per alium, vt per filium, vel ſeruum. & quod ſequitur.j̃.l.proxi.ſed & ſi Titio. extra prędicta eſt. ſed ſecundum hoc non bene eſt verbum, ſiue. & ita prima verior eſt. Et not. hîc pronomina tertiæ perſonæ conſtrui cum prima perſona verbi pluralis numeri. & ſic iſta eſt mala Grammatica. Accurſius.

d *Veluti. Hereditatem.* in quo caſu nec vno momento penes filium eſt. Item iuſſum præcedere oportet: vt.j̃.de adquir. hered.l.placet.&.l.ſi quis mihi.§.iuſſum.

e *Intendere poſſumus.* Hîc fortiter quæritur quo iure ſum heres Seij. nam aut veteri, aut nouo. Item ſi veteri, aut ex teſtamento, aut ab inteſtato. ex teſtamento non: quia me heredem non inſtituit proprio nomine expreſſo: vel demonſtratione facta: nec eũ qui in mea poteſtate eſt. Item ab inteſtato non: quia non ſum eius cognatus vel agnatus. Item nouo iure non: quia etiam iure veteri dicitur me eſſe heredem Seij. antiqua eſt enim regula quòd heres heredis. &c. vt Cod. de hered.inſtit.l.fina. Ad hoc dicas quòd ego ſum heres iure veteri: & quandoque ex teſtamento, & quandoque ab inteſtato. Si enim Titius inſtituerit me heredem, ex eius teſtamento ſum heres Seio. Item ſi non inſtituit, ſed ab inteſtato ei ſuccedam, & ab inteſtato ſuccedo Seio. ſicque mirabile contingit, vt ſim heres Seij ab inteſtato: licèt ipſe fecerit teſtamentum, ex quo eſt adita hereditas à Titio. Item vt ſim ei ex teſtamento heres: licèt ipſe nullum fecerit teſtamentum: vel ſi vterque fecerit, ex ſecundo teſtamento heres ſum Seij: & hoc ideo contingit, quia non directò, ſed per obliquum ſum ei heres. & multa per obliquum conceduntur, quæ directò non fiunt: quanquam melius videretur poſſe dici vt eodem iure & modo videar heres Seij quo fui Titij, argumen. j̃. de fideicommiſſaria hereditatis petitione. l. nec intereſt. in fine ſecundi reſponſi. Item contrarium videtur apertè primæ opinioni quod legitur infra de caſtrenſi peculio. l. j. Sed ideo ibi non ſpectatur ſecunda cauſa: quia nec eſt nec eſſe poteſt, ſed tantũ prima: & ideo prima verior eſt. ADDITIO. Pro declaratione huius glo. diſtingue ſecũdum Bartol. hîc: quia quandoque hereditas defertur ad nos directo: & ſic eſt vna tantùm cauſa proxima. Quandoq; per mediã perſonã alterius defertur hereditas ad nos: & ſic eſt cauſa alia remota: & tunc nihil repugnat quin ex duab⁹ cauſis ſimus heredes.

Obliquè plura cõceduntur, quæ nõ directè.

f *Vel ab inteſtato.* hoc refertur ad id quod prima lex dixerat, vel ex teſtamento.

g *Sui heredes.* vt in poteſtate: vt inſtit.de hered.qua.& dif.§.ſui.

h *Manumiſerit.* & ſic ſuccedim⁹ in tertia hodie: vt inſtit. de ſucceſ. lib.§.ſed noſtra. Acc.

i *Nouo.* hoc refertur ad id quod dixi in prima lege, veteri iure.

k *Senatuſconſultis.* Orficiano & Tertylliano.

l *Conſtitutionibus.* vt filij ſororis: vt inſti.de le.ag.ſuc.§.cæterum. verſic.nos verò. Item is cui debetur quarta, ſcilicet ex conſtitutione diui Pij: vt.ſ̃.tit.j.Pap.§.ſi quis impubes.

In iudicio vniuerſali veniunt ea quæ poſt litis cõteſtationem reus cœpit poſſidere. Bartolus.

IIII. PAVLVS *libro primo ad Edictum.*

Si hereditatem petã ab eo qui vnam rem poſſidebat de qua ſola [m] controuerſia erat: etiam id quod poſtea cœpit [n] poſſidere, reſtituet. [o]

Poſſeſsio hereditatis quæ eſt in controuerſia, non poteſt alienari niſi præſtita ſatiſdatione, vel cauſa cognita ſi neceſsitas vrgeat. h.d. ſecundum opinionem quã intendo tenere. Primò loquitur quando poſſeſſor volebat alienare voluntariè: ſecundo quando vult alienare ex neceſsitate. ſecũda ibi, cauſa autem. Bartolus.

V. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.*

Diuus †Pius reſcripſit prohibẽdum poſſeſſorẽ hereditatis dẽ qua controuerſia [p] erit, antequam lis inchoaretur [q] aliquid

† Iſta l. ad hoc notabiliter allegatur, quòd in vniuerſalibus iudiciis fit res litigioſa per ſolam citationem. Bald.

*Si hereditatem.*] CASVS. Heredem me inſtituiſti: egi contra poſſeſſorem alicuius rei hereditariæ. tempore ſententiæ repertæ ſunt penes eum plures res hereditariæ: an illarum nomine ſit condemnandus, quæritur. Et reſpon. quòd ſic. Viuianus.

m *De qua ſola.* id eſt propter quam ſolam.

n *Cœpit.* & ſic venit in iudicium etiam quod poſt lit.conteſta. accidit. & ſic eſt contra. ſupra de iudi. l. non poteſt. Solu. ibi in ſingulari: hîc in vniuerſali iudicio dicit, vt & ibi diximus: & infra de pecu.l.quæſitum.in princi.& infra eod.l.ſi quo. &.l.item videndum.§.ſi quis.&.l.licet minimam. & infra titu. primo.l.j. §.primo.

o *Reſtituet.* inſpecto vniuerſitatis iure quo peto. Accurſius.

*Diuus.*] CASVS. Aliquis filium exheredauit. & extraneum inſtituit: egit filius ille querela, & ea perlatá petit hereditatem. ſi ſcriptus heres pendente lite vel iudicio velit rem aliquã diſtrahere: quæritur an poſſit. Et dicitur quòd nõ: quia hoc decreuit imperator quidam: niſi ſatiſdaret ſcriptus de reſtituenda æſtimatione rerum vend. ſi ſuccumberet: niſi in certis caſibus in quibus permittitur ſcripto heredi res hereditarias vendere, ſcilicet ad ſepulturam defuncti. Item ob æs alienum ſoluendũ promiſſum ſub pœna magna. Item res quę ſeruãdo ſeruari non poſſunt. Itẽ quartus caſus eſt in quo permittitur rei here. alienatio, propter alimẽta familię, ne fame ipſa depereat. Itẽ propter alias cauſas in quibus & ſi nõ ſatiſdat ſcriptus heres, vendere poteſt. [DIVVS HADRIANVS.] Titius teſtamentum fecit: Mæuium heredem inſtituit: Sempronius rem quandam here. poſſidebat: Mæuius rem illam petitione hereditatis petit: Sempronius dicit teſtamentũ falſum: an ſcripto cauere debeat de re illa reſtituenda ſi pro herede pronuntietur, quæritur. Et dicitur quòd ſic. & hoc inſtituit diuus Hadrianus. præſtita verò cautione ſuſtineri debet here.peti. donec de falſo diſcernatur. Viuianus.

p *Controuerſia.* Nota controuerſiam eſſe ante litis conteſtationem.

q *Inchoaretur.* idem multò magis & poſt litem conteſta. nam poſt magis videtur denegandum: vt innuit proxi.§.cauſa autem &c. &.j̃.fami.erciſcun. l.alienationes. Sed videtur quòd futuri nõ facti nomine impediatur alienatio: vt infra de excep.l.ſi poſt.

quæ

ex ea diſtrahere:[a] niſi maluerit pro omni quantitate[b] hereditatis vel rerum eius reſtitutione †[c] ſatiſdare.[d] Cauſa autẽ cognita etſi non talis data ſit ſatiſdatio,[e] ſed ſolita cautio,[f] etiam poſt litem cœptam deminutionem ſe cõceſſurum prætor edixit: ne in totum deminutio[g] impedita, in aliquo etiam vtilitates alias impediat: vtputa ſi ad funus ſit aliquid neceſſarium. nam funeris gratia deminutionem permittit.[h] Item ſi futurum eſt vt niſi pecunia intra diẽ ſoluatur, pignus diſtrahatur. Sed & propter familię[i] cibaria, neceſſaria erit deminutio.[k] Sed & res tempore perituras permittere debet prætor diſtrahere.*

Sicut quando eſt controuerſia ſuper petitione hereditatis, poſſeſſor cogitur ſatiſdare: ita quãdo eſt cõtrouerſia de falſo teſtamẽto. B.

Diuus Hadrianus Trebeio Sergiano reſcripſit, vt Ælius[l] Aſiaticus daret ſatis de hereditate[m] quæ ab eo petitur:[n] & ſic[o] falſum dicat. hoc ideo,[p] quia ſuſtinetur[q] hereditatis petitionis iudicium,[r] donec falſi cauſa agatur. Eorum iudiciorum[ſ] quæ de hereditatis petitione ſunt, ea auctoritas eſt, vt nihil in præiudicium[t] eius iudicij fieri debeat.

Pendente accuſatione falſi non poteſt peti legatũ ex teſtamento. h.d. vel breuius: Accuſatio falſi eſt præiudicialis ad cõmunẽ cauſam quæ ex teſtamento depẽdet. Bar.

VI. IDEM *libro ſeptuageſimoquinto ad Edictum.*

SI teſtamẽtũ[u] falſum eſſe dicatur, & ex eo legatũ petatur: vel pręſtandũ eſt oblata cautione, vel quærendũ an debeatur: & ſi teſtamentum falſum eſſe dicatur, ei tamen qui falſi accuſat, ſi ſuſcepta[x] cognitio eſt, non eſt dandum.[y]

Iudicia particularia per quæ fieret prędiudicium petitioni hereditatis, vel præparatoriis eius, debẽt differri quoad iudiciũ vniuerſale finẽ accipiat: ad quod poteſt per iudicẽ certus terminus ſtatui. ſecus in iudiciis particularibus, quæ vniuerſali præiudiciũ nõ pariunt. h.d. Diuiditur in tres partes principales. ſecundum verã lect. quam intẽdo tenere. Prima, quãdo quis petit libertatem ex teſtamento, & filius exheredatus agebat querela contra teſtamentũ. Secũda, quãdo quis petebat ex teſtamento libertatem & hereditatem. Tertia, quando quis petebat libertatem non ex teſtamento, ſed aliũdc. ſecũda ibi, nam cum. tertia ibi, quotiens autem. Bartolus.

VII. IDEM *libro quartodecimo ad Edictum.*

SI quis libertatem[z] ex teſtamento ſibi competiſſe dicat,

---

quæ eſt contra. ſed ibi ſubauditur, tantùm. Apparet ergo ex hac, &. j. eo. ſed & ſi. §. hæc verba ſenatuſcon. &. C. eo. l. ſi poſt motam. &. j. fami. erciſcun. l. alienationes. quòd in peti. hered. & familiæ erciſcundæ impeditur alienatio etiam mota controuerſia tantùm: in aliis autem demum litis conteſt. iure iſto: vt. C. cõmuni diui. l. j. &. C. de litis conteſt. l. ij. Sed hodie etiam prius: vt in auth. de litig. §. j. colla. viij. Sed ſatiſdatio præſtita innuit quòd ſic. ſed alienatio ſatiſdationi eſt contraria. Accur.

*a* *Diſtrahere.* quia pręiudiciũ fieret petitori.

*b* *Quantitate.* reſtituẽda vel non deminuenda.

*c* *Aeſtimatione.* aliàs æſtimatione, & aliàs reſtitutione: ſed malè.

† Sic Flo. rectè. perperam in vulgat ed. æſtimatione.

Concord. l. j. C. commun. diuid. & l. j. j. de litig. & Nouel. de litigioſi.

*d* *Satiſdare.* ſi contingat alienari: quod fieri non debet: & ita, niſi, nõ ponit. ADDITIO. Iſta gloſ. deſtruit text. ſecundum Barto. nam dictio, niſi, ſemper ponit quando pręcedit oratio negatiua: vt. l. actione. C. de tranſact. cum ergo dicitur non concedendam alienationẽ niſi maluerit &c. ſequitur quòd illo caſu poſſit alienari. & ideò pro huius declaratione diſtingue ſic: quia aut poſſeſſor vult alienare ex permiſſione iuris: aut vult alienare expreſſa permiſſione prætoris. primo caſu aut nõ ſatiſdedit: & nullo modo permittitur alienare. aut ſatiſdedit: & poteſt alienare res tempore perituras, ex reſcripto diui Pij: vt hîc in prin. aut vult alienare expreſſa permiſſione prætoris: & poteſt etiam non præſtita ſatiſdatione, ſed præſtita cautione, & habita per iudicem cauſæ cognitione: vt hîc in verſiculo, cauſa cognita. iſta diſtinctio probatur in. l. penul. j. ad Carbo. & l. j. §. ſi mulier. de ven. in poſ. mit. cum concor.

* Concor. glo. ſi. in fin. c. cũ nos. extra de offic. iud. ordi.

*e* *Satiſdatio.* cum fideiuſſoribus: vt ſupra qui ſatiſdare cogantur. l. j.

*f* *Cautio.* ſine fideiuſſoribus: vt. C. de verb. ſigni. l. ſancimus.

*g* *Deminutio.* per venditionem. Accurſius.

*h* *Permittit.* ſola cautione præſtita, fortaſſis & ſine ea. Io. argu. j. de relig. ſcriptus heres.

*i* *Familiæ.* hereditariæ, non ſuæ, niſi ſit pupillus vel filius: vt. j. de iur. delib. filius. &. l. ait prætor. Accurſius.

*k* *Deminutio.* ſed & ſi fit cautio, de quo fiet? Reſpõ. de reſtituendo quicquid de pretio ſupereſt in primis tribus, in quarto de toto reddendo. & facit ad hoc. j. de iur. delib. l. ait prætor. &. l. Ariſto. &. j. eod. ſi bonæ fidei. &. l. ſi poſſeſſor. §. ſed & ſi res. & in. l. non ſolum.

*l* *Aelius.* poſſeſſor.

*m* *De hereditate.* non deminuenda, vel reſtituenda.

*n* *Petitur.* per peti. hereditatis à ſcripto herede. Accurſius.

*o* *Et ſic.* ſi habes, etſi, dic pro quãuis. ſi habes, & ſic. planum eſt.

*p* *Hoc ideo.* ſcilicet debet ſatiſdare.

*q* *Suſtinetur.* id eſt differtur: vt. j. eo. l. ſi quis libertatem.

*r* *Iudicium.* ſcilicet petitorium. non ſic in poſſeſſorio: quia ibi de falſo differtur: vt. C. de edic. diui Hadria. l. ij. Sed quomodo de falſo agitur hîc prius, cum ſit quæſtio incidens? Reſpon. imò principaliter dicebatur de falſo: vel ſi incidenter, non pronuntiabitur: vt. C. de fal. l. vbi.

*ſ* *Quorum iudiciorum.* id eſt cuius iudicij[a] ſcilicet peti. here. & erit allœotheta numeri, vel ſyllepſis: quale eſt: Indignati ſunt apoſtoli propter effuſionem vnguenti: cum vnus ſolus, ſcilicet Iudas fuit indignatus. Item illud: ſecti ſunt. cum ſolum Eſaiam ſectum legamus. ſic & ſupra de origine iuris. l. ij. §. exactis. &. C. de rei vxo. act. §. illo. & inſtit. de excep. §. idẽ iuris. Vel dic quorum iudiciorum, id eſt quarum inſtantiarum. Vel dic quorum iudiciorũ: ſcilicet peti. her. directæ & vtilis.

a] No. eã ſecũdum Ba. ad hoc, q plurale aliquando reſolitur in ſingulare qđ eſt cõtra naturã ſermonis. l. Iulius Phœb⁹. j. ad Treb. & facit ad ſtatutum puniẽs teſtes falſos producẽtes: vt etiam locum habeat in producẽte vnum tãtum.

*t* *In præiudicium.* quod eſſet ſi non ſatiſdaret interim de hereditate non deminuẽda. Acc.

*u* SI *teſtamentum.*] CASVS. Titius heres legitimus accuſat teſt. de falſo: & ex eodem alius petit legatũ: vel ſtatim præſtandum eſt data cautione de reſtituẽdo. hoc ſi noluerit, iudex inquiret ſũmatim debeatur legatum, an non: examinando quæſtionem de falſo. & eſt electio hæc heredis. Si verò legatarius dicat teſtamẽtum falſum, ſibi eſt contrarius: vnde non eſt audiendus. Viuianus.

*u* *Si teſtamẽtum.* Duos ponit caſus. Primus, quando ab vno dicitur teſtamentum falſum, & ab alio legatũ petitur. Secũdus, quãdo idẽ. In primo dicitur quòd aut ſoluetur legatum ſtatim habita cautione de reſtituendo, ſi probetur falſum: aut ſtatim quęretur an debeatur, ſcilicet examinando quæſtionem falſi, ſcilicet ſi probationes ſunt in prõptu: vt. j. vt in poſſeſſ. leg. vel fideicomm. l. ſi is à quo. & ſic eligit accuſator. Alij dicunt eſſe in legatarij electione[b] quod iſtorum fiat: vt infra ad. l. Falcid. l. in quantitate. §. ſed & ſi legata. &. C. eod. l. fina. Sed hoc in herede etiam intelligi poteſt. Tu dicas eſſe in heredis electione: vt infra de iure dot. plerumque. in fi. & ſi quidem eligat dare, exigit cautionem: licèt conſtet relictum: quia in alia parte mouetur iudicium: vt hîc, & infra ad leg. Falci. l. dolo. Si verò eligat quæri an debeatur, nunquid de hoc pronuntiabitur ante accuſationem falſi terminatam? Reſpon. non videtur: vt infra. l. proxi. dicitur. Ad quid ergo quæritur? Reſpon. quæretur de falſo alio accuſante: & ſic per conſequentiam an debeatur. Vel dic quòd pronuntiatur: quia hoc fit voluntate heredis ſcripti. vel refert an vnus legatum, & alter falſum dicit: & non differtur: vt hic. an idem: & tunc ſic, vt ibi.

b] Iſtud eſt hodie verũ, per. l. fin. C. e. licet olim ſecus: vt. j. l. proxi. ſecũdum Bar.

*x* *Suſcepta.* id eſt inchoata.

*y* *Non eſt dandum.* etiam ſi cautionem offerat: nam ſibi contrarius videtur: ſicque repellitur: vt. C. de fur. l. j. &. j. quando ap. ſit. l. fin. §. ſed ſi alius. & facit. j. eo. l. poſtquam. Sed an poſt finitã accuſationem petet? Reſpon. non, ſi probare non potuit: vt. C. de his qui. vt indig. l. aliam. &. j. de bo. li. l. ſi patronus ex: Item ſi probauit & obtinuit, peti non poteſt: quia ex falſo teſtamento non debetur legatum. ſed ſi deſtitit, ſic: vt. j. de iur. fiſ. edicto. §. pen. &. d. l. aliam.

*z* SI *quis libertatem.* Talis eſt caſus. Mæuius inſtituit ſeruum ſuũ Licinnianum heredem: & liberum eſſe iuſſit: & filium ſuũ exheredauit, & ſeruo coheredem Titium dederat. Licinniano ignorante hoc teſtamentum Titius coheres eius cœpit ipſum & totam hereditatem poſſidere. ſic re patefacta Licinniano, petit ſe in libertatem, quam ex teſtamento facto ſibi aſſerit competere. quæritur an exheredatus filius poſsit petere differri liberalem cauſam. ſi enim pronuntiaretur eum liberum, & ex teſtamento heredem, etſi non plenum, qualequale tamen

ff. Vetus.

aa ij

UNED

non debebit iudex de libertate ſententiam dicere, ne præiudicium [a] de teſtamento cognituro [b] faciat. & ita Senatus [c] cenſuit. [d] Sed & diuus [e] Traianus reſcripſit, differendum [f] de libertate iudicium, donec de inofficioſo iudicium aut inducatur, [g] †aut finem accipiat. [h] Ita demum [i] autem ſuſtinentur liberalia iudicia, ſi iam de inofficioſo iudicium conteſtatum eſt. [k] cæterùm ſi non conteſtetur, [l] non expectantur [m] liberalia iudicia. & ita diuus Pius reſcripſit. [n] Nam [o] cum quidam Licinnianus de ſtatu ſuo [p] quæſtionem patiebatur, & ne maturius [q] pronuntiaretur de conditione ſua, nolebat ad liberale iudicium ire, dicens [r] ſuſcepturum [s] ſe de inofficioſo teſtamento iudicium,& petiturum* [t] hereditatem, quia libertatem, & hereditatem ex teſtamento ſibi defendebat: diuus Pius ait, ſi quidem poſſeſſor eſſet hereditatis Licinnianus, facilius [u] audiendum, quoniam eſſet hereditatis nomine iudicium ſuſcepturus: [x] & erat in arbitrio eius [y] qui ſe dominum [z] eſſe dicit, agere de inofficioſo teſtamento iudicium. nunc verò ſub obtentu [a] iudicij de inofficioſo teſtamento ab ipſo Licinniano non ſuſcepti, [b] per quin-

præiudicium eſſet exheredato apud iudicem qui cognoſcit de inofficioſo teſtamento: quia prætores fauent libertatibus. Et dicit quod poteſt petere differri in primo & in ſecundo dicto. l. ſed ita demum ſi iam eſt conteſtatus querelam, vel ſperet ſe conteſtaturum in proximo tempore: vt in tertio dicto,& §.planè.nec enim ſemper erit expectandum. differtur autem donec pronuntietur in querela,vel aliqua non interueniente partiũ iudex inducat edictum. Licinianus autem non poſſet petere differri: cum.ipſe ſua ſponte ad iudicium de ſeruitute in libertatem proclamauerit. Item nec coheres:quia vtrique expedit non differri iudicium liberale, niſi id peteret nomine exheredati. Econtra ſi Licinianus eſſet in poſſeſſione libertatis. & à coherede vindicaretur in ſeruituté: ſi quidem poſſideret Licinnianus hereditaté, auditur ſi petat differri cauſam liberalem: quia ſperabat ſe conueniendum à filio exheredato per querelam: & hoc ideo quia poſſet fieri præiudicium exheredato. ſi verò non poſſideret,ſed filius poſſideat eam, & dicat differri ideo quia ipſe petet ab exheredato hereditatem: & ille in modum contradictionis opponet querelam:& fortè per quinquennium diſtulit agere:non impetrat differri. & eſt ratio: quia in primo non eſt in poteſtate ſua quando agat: in ſecundo ſic: vt Cod. de dila. ſi quando. & infra de do.ma. excep.l.purè. §. fina. & hoc ſi ex teſtamento dicatur competere libertas, & non aliunde: & ſuper teſtamento tantùm exquirantur probationes, & differtur cauſa liberalis. ſi verò aliunde, nullum adminiculum ex teſtamento recipitur. Sed huic poſitioni illud obſtat, quòd nihil in hac. l. dicitur de coherede Licinniani. Ideoque alij ponunt Licinnianum ſolum inſtitutum, & liberum eſſe iuſſum: & filium eſſe exheredatum:& ſit filius in poſſeſſione hereditatis, & ſeruus in poſſeſſione libertatis.petit ergo filius in ſeruitutem eum, cum habeat hereditatem: iſte dicit ſe heredem & liberum: & ſe velle agere prius petitione hereditatis contra filium.dicit ergo ei dandum ſpatium, intra quod ſi fuerit conteſtatum iudicium de inoffic.&c. Et hoc modo agetur:agit Licinnianus petitione hereditatis.opponitur ei querela in modum contradictionis: & ſic conteſtabitur.ſi ſic conteſtabitur,bene eſt:alioquin iudex libertatis fungetur partibus ſuis. Alij dicunt Licinnianum exheredatum:& ipſe ſe filium dicebat.filius autem eum ſeruum eſſe dicebat.hoc non placet. Literam autem expone, vt circa eam notaui.media placet.nec ob.C.de adul.quoniam.quia ibi in modum exceptionis,quod etiam hîc permitterem:hîc autem in modum reconuẽtionis.Item oppone ſupra de iudi.qui prior. ſed hîc magna & vniuerſalis & centumuiralis: vt.C.eo.l. vlt. ibi quando ciuilis ſingularis.Vel dic quòd ſimpliciter fuit relicta libertas directa,vel per fideicommiſſum,quam petebat à ſcripto:ſed filius petebat differri.& hoc vſque ad.§.nam cum quidam.ſed abinde teneas medium caſum &c. Vltimò nota quòd olim nec creditores nec legatarij nec etiam ſerui poterant agere dum ſperaretur agi de hereditate:vt hîc,&.C.eo.l.fina. ſed hodie datur electio legatariis,conueniant ſcriptum,vel differant:vt.§. j.Si verò ex contractu defuncti habeat creditor electionem vtrum petitorem an poſſeſſorem conueniat ſtatim, & exactus ſuccumbat in petitione hereditatis, aget contra victorem negotiorum geſtorum,ſi victor erat heres.aliàs condictione ex.d.l.fin.§.ſin au-autem.Si verò libertas directa vel per fideicommiſ.differtur hodie vſque ad annum,intra quem ſi apparet teſtamentum nõ valere:nec ipſæ valent,vel verius valere non videntur: vt infra de excep. rei iudi. l. j. poſt annum autem valent: reddunt tamen rationem:quia vnum pro alio compenſatur: vt.C.eod.l.fina.§. fina. Et hoc niſi teſtamentum ſit falſum:vt ibi.ſed falſitas codicillorum non nocet:vt.C.de fideicom.li.l.ij.& eſt ratio:quia heres non habet dominium ſeruorum ex codicillis, ſed ex teſtamento.Accurſius.

a *Ne præiudicium*.eſſet præiudicium: quia iudicis ſententia præſumptionem qualemqualem inducit:vt infra de ap.l.à ſentétia. & de ven.in poſ.mit.ſi ventris.&.j̃.de Carb.edic.l.Carbonianũ.§.ibidem.Arg.contra.C.de ſen.l.nemo iudex. [a] & quia ſi ſecundum libertatem pronuntiaretur:prætor libertati fauet.arg.s̃.de ali.iu.mu.cau.fac.l.quia etiam.§.ſed & ſi.Io.

b *Cogniturо*.ſcilicet iudici.Azo.

c *Senatus*.cuius nomẽ non habemus.

d *Cẽſuit*.C.de or.cog.l.iij.contra.ſol.vt ibi.

e *Sed & diuus*.q.d.dixit idẽ diuus quod ſenatus. vel ſupra locutus eſt in falſo, vel in rupto:hîc in teſtamento inofficioſo.

f *Differendum*.hanc dilationem is ſolus implorat qui falſum vel inofficioſũ dicit: quia in eius fieret præiudicium prolatio ſententiæ de libertate.Azo.

g *Inducatur*. ſcilicet in cauſam, vt fiat cõteſtatio ſuper querela: vt poſtea non differatur cauſa: vt.j̃.de except.ſi poſt.ſecundum quoſdam.quod non placet.Si enim iudicium libertatis differtur vbi lis eſt de inofficioſo conteſtata, vt ſubiicit, ita demum &c.ergo & ſi non præceſſit conteſtatio,ſi modo cõteſtetur,debet differri:quia in eã cauſam peruenit dilatio, à qua incipere debuit.Tu ergo dic inducatur. i. cancelletur vel deleatur.Circunducere enim,eſt circuncirca pennam ducere.Inducere,per medias literas trahere. Cancellare ad modum crucis: vt fecit Iob,benedicens deo cancellatis manibus.ad hoc facit.j̃.de his quæ in teſta.delen.l.j.&.ij.&.j̃.de lib. cau.diui.& de adi. leg. in.l.nihil intereſt.&.s̃.de iudi.& poſt.§.circunducto.

h *Accipiat*.per definitiuam ſententiam.

i *Ita demum*.loquitur Vlpianus.

k *Conteſtatum eſt*.ſubaudi,vel conteſtari ſperetur:vt infra eod.l.§.plane.

l *Conteſtetur*.nec conteſtari ſperetur.

m *Non expectantur*.id eſt non differuntur.

n *Reſcripſit*.ſed ſi conteſtentur,differuntur: niſi vt excipit.j̃.eo.l.§.fina.& de hoc iudex dabit filio terminum vt litem conteſtetur:vt.j̃.§.plane.

n *Reſcripſit*.niſi vt excipit.j̃.eo.§.fi.quia hoc eſt verum infallibiliter,quando quis defendit ſibi libertatem aliter quàm ex teſtamento.ſi autem ex teſtamento:diſtingue,an lis conteſtetur, vel ſperetur conteſtari,vel non:vt hic.Accurſies.

o *Nam cum quidam*.cum prius de eo dixiſſet qui ſe vindicabat in libertatem,inducit reſcriptum de eo qui vindicatur in ſeruitutẽ & poſſidet:poſtea ponit cõuerſum caſum, quãdo non poſſidet. Itẽ nõ videtur bona ꝓbatio,nã cũ quidã &c.quia in caſu Licinniani nõ erat lis cõteſta. ſubaudi ergo.s̃.vel ſperetur conteſtari.

p *Suo*.conuentus à coherede.Accurſius.

q *Maturius*.quàm de teſtamento:vel dic,id eſt maturè.

r *Dicens*.ſcilicet communiter intellige &c.ſcilicet vſque illuc ſi quidem &c.

s *Suſcepturum*.j̃.de excep.ſi poſt.cõtra.Sol.hîc in libertate ſpeciale:ſed in hac ſerua vt not.C.eo.l.fi.§.pe.

t *Petiturum*.per zeugma repete,& dicens ſe ſuſcepturum & petiturum hereditatem, vel petitionem hereditatis, tranſitiuè.: & hoc prout poſſidet.ſi autẽ nõ poſſidet:tunc dicit ſe petiturum.

u *Facilius*.quàm vbi non poſſidet.Accurſius.

x *Suſcepturus*.propriè,cum poſſidet: impropriè, id eſt in modũ contradictionis cum non poſſidet. & ſic magis dicit non inofficioſum,quàm officioſum.

y *Eius*.ſcilicet filij.

z *Dominum*.& ſic dilatio finẽ habet ad alterius arbitrium:quod nõ eſt in ſequenti caſu:quia in infinitum non ageret, & ſic quodammodo eſſet in eius arbitrio dilatio agendi.

a *Non verò ſub obtentu*.Nunc mutat caſum,ſcilicet cum Licinnianus non poſſidet.& hoc ideo non differtur,quia erat in eius arbitrio quando querelam ſuſciperet in modũ cõtradictionis, vel exceptionis.vnde ipſe replicaret de ingratitudine.ſic quòd efficeretur actor.Azo.vt.s̃.tit.j.Papinianus.§.ſi filius.

b *Non ſuſcepti*.ſcilicet ad agendum.

Quinquen-

† Id eſt obliteretur, deleatur, abrogetur. Eſt enim inducere proprie, ducto per ceras ſtylo tegere & interlinere, & memoriã ſcriptorum obliterare. Budæus.

a] Solue ſecundum P. de Caſt. hîc: quia ibi loquitur de pleno, quod non reſultat ex ſententia lata pro vno contra alterũ: hic loquitur de ſemipleno, ratione cuius etiã poteſt appellari: vt. l. à ſententia. j̃. de appella.

* Sic Flo. & manuſcr. ſunt tamen qui emẽdẽt nõ & petiturũ, &c. item qui legant & petiturum hereditatis petitionem i. querelam.

Circũducere.
Inducere.
Cancellare.

a *Quinquennium*.quia poſt non eſſet quæſtio quin ſublata eſſet querela:& ſic non differtur cauſa liberalis.non ergo toto quinquennio expectatur: ſed ad arbitrium iudicis, ſecundum Ir. ſed Io.aliàs non differtur,ſcilicet vltra quinquennium.& quod ſubiicit,plane,ad primum caſum refertur.

quennium [a] non debere moram fieri ſeruituti. [b] Planè ſummatim æſtimandum iudici conceſſit, [c] an [d] fortè bona fide imploretur [e] iudicium de teſtamento: & ſi id deprehenderit , præſtituendum modicum tempus: [f] intra quod ſi non fuerit conteſtatum,iubeat iudicem libertatis [g] partibus ſuis fungi. Quotiens autem quis patitur controuerſiam libertatis & hereditatis, ſed ſe non ex teſtamento liberum dicit, ſed aliàs, [h] vel à viuo teſtatore manumiſſum: non debere impediri liberalem cauſam, licèt iudicium de teſtamẽto moueri ſperetur,diuus Pius reſcripſit. Adiecit planè in reſcripto,dummodo prædicatur iudici liberalis cauſæ, ne vllum adminiculum [i] libertatis ex teſtamento admittat. [k]

Qui eligit ius incompetens:non videtur renuntiare iuri quod ſibi ignorabat competere. Bart.

VIII. PAVLVS *libro ſextodecimo ad Edictum.*

LEgitimam [l] † hereditatẽ vindicare non prohibetur is qui cum ignorabat vires teſtamenti, iudicium defuncti ſecutus eſt. [m]

Ad euidentiam dicendorum iuriſcõſultus præmiſit vnam diſtinctionem vſque ad legem, diuus. poſtea poſuit quædam reſcripta pertinẽtia ad hanc materiam, vſ-

b *Seruituti*.id eſt quæſtioni de ſeruitute. nã ſi Licinianus per quinquennium non egit de teſtamento,quod dicitur inoffícioſum: non propter hoc deſiderauit ſemper iudiciũ ſeruitutis differri.& meritò:quia dudum potuit expediri:vt ſubiicit: vt C.de dila.ſiquãdo. Io.

c *Cõceßit*. in primo caſu:vel melius ĩ ſecũdo.

d *An*. aliàs ſi.i.an.

e *Imploretur*. ſcilicet ante quinquenniũ habent quando poſſidẽt: vt in primo caſu. l. hîc innuit.

f *Modicum tempus*. ad arbitrium ſuum: vt. ꝟ. de iur.delib.l.j.in fine. Nam eluſoriæ minę filij exheredati, qui dicit ſe velle querela agere, non ſunt timendæ: vt. ꝟ. ſi cui plus quàm per.l.Fal.l.hæc autem. in prin.ibi,cũ poſſint.

Eluſoriç minæ timendæ non ſunt.

g *Libertatis*. in primo caſu.l.& in ſecũdo. nã cum quidam &c.

h *Sed aliàs*.ſ.circa manumiſſionem:vt differat à ſequẽti proxi. caſu, quod poteſt eſſe ꝓ præmio:vt in authent. de monachis.§.j.col.j. &.C.in quib. cau. ſer. pro præmio. per totũ.

l. Claudi⁹.ꝟ. de his, quæ vt indig. †Erronea electio non præiudicat. concor.text. in.l.ex maleficio.ſ.longe minus. ꝟ. de actio. & obli.text. in.l. Claudius de adquir.here. infra.Bolog.

i *Adminiculum*. id eſt probationem.

k *Admittat*. Argu. ꝙ teſtes inducti ſuper vno articulo vel capitulo , non debeant in alio interrogari:vt hîc,&.ꝟ.de iureiur.l.ſi duo.§. idem. in fi.§. & C.qui leg.perſo.l.fi.in fi. &.C.de or.cog.l.ij. Sed argũ.contra in authen.de teſti.§.ſi verò dicatur. colla.vij. nam ibi interrogatur an ſit liber à natiuitate.Accurſius.

LEgitimam.] CASVS. Filium inſtituí. teſtamentum nullum erat:vel minus ſolenne. filius ignorabat.ex teſtamẽto here. adiuit. poſtea apparet teſtamentum nullum: an poſsit adire ab inteſtato?Et dicitur quòd ſic.

l *Legitimam*.Pone caſum vt.s̃.tit.j.l.mater. &.l.nihil intereſt. §. ſi cum filius. & dic legitimam,id eſt quæ defertur ab inteſtato: quę verè dicitur legitima:vt.ꝟ.pro ſoc.l.iij.§.de illo.Largè etiam illa quæ ex teſtamento:vt.ꝟ.de verb.ſign.l.lege.

m *Secutus eſt*.ſcilicet ignorans.ſecus ſi ſciens:vt.ꝟ.eo.poſtquam. in fi.&.C.de fideicom.l.ij.Accurſius.

REgulariter. CASVS. Hæc lex & ſequentes vſque ad.l. item ne.continuantur. oſtendit quis teneatur peti. here. & dicit quòd ille tenetur qui vel ius hereditarium, vel rem aliquam hereditariã pro herede vel pro poſſeſſore poſſidet : ſiue res poſſeſſa fuit modica,ſiue magna. Dic ergo quòd ſi inſolidum ſim heres,petam mihi inſolidum reſtitui. Si verò pro parte ſum heres: & pro parte rem petam hereditariam. Poſtea dicit quid ſit pro herede poſſidere,vel pro poſſeſſore. & de hoc ponit exemplum vſque ad.§.ſi autem.&.h.d.vſque ad.§.omnibus.[OMNIBVS.] Dicit hîc quòd omni generi titulorum adhæret titulus pro poſſeſſore.Exemplum primum eſt de titulo pro emptore: vt ſi quis emat à furioſo , pro poſſeſſore poſſidet. Idem eſt ſi vir donauit vxori,vel econuerſo,conſtante matrimonio.Idẽ eſt ſi quis accipiat dotem à minore.xij.an.ſciens.Item ſi quis ex minus ſolenni voluntate legatum falsò accepit.[IS AVTEM.] Aliquis me heredem inſtituit in teſtamento: quod credo valere: & rogat me

ff. Vetus.

de hered.reſtit.& reſtitui. ſi verus heres poſtea appareat : an illi debeam teneri peti.here.quæritur.Et reſpon.quòd non,niſi doloſè reſtitui ſciens ei non debere reſtitui.Viuianus.

n *Petitione*. ſcilicet directa.nam aliquando qui neque pro herede,neque pro poſſeſſore poſſidet,tenetur vtili : vt.ꝟ.eo.etiam ſi. §.ſi quis. Item quãdoque & qui neque ius, neque rem hereditariam poſsidet, tenetur vtili : vt.ꝟ.e.quòd ſi in diem. §. ſed & is. &. §. non ſolum.&.§. Iulianus. nã pretia nõ ſunt res hereditariæ. Acc.

que ad hanc.l. hîc ponit vnam regulam iuris antiqui , quam declarat vſq; ad.l.item veniunt. §. præter. ibi recitat ſenatuſconſultum factũ in hac materia: & illud proſequitur exponendo vſque ad fi. ti.& quia ponit regulam,non poteſt breuius ſummari. Bart.

IX. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Edictum.*

REgulariter † definiẽdum eſt, eum demum teneri petitione [n] hereditatis, qui vel ius [o] pro herede , vel pro poſſeſſore poſsidet,vel rem hereditariam,

X. GAIVS *libro ſexto ad Edictum prouinciale.*

LIcèt minimam. Itaque qui ex aſſe vel ex parte heres eſt : intendit [p] quidem hereditatem ſuã eſſe totam,vel pro parte : ſed hoc ſolum ei officio iudicis reſtitui tur,quòd aduerſarius poſsidet, [q] aut totum, ſi ex aſſe ſit heres : aut pro parte ex qua heres [r] eſt.

Hic incipit exponere verbum, pro herede.Bartolus.

XI. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Edictum.*

PRo herede poſsidet, [f] qui putat ſe heredem eſſe. Sed an & is qui ſcit ſe heredem non eſſe, [t] pro herede poſsideat, quæritur. & Arrianus libro ſecundo de interdictis putat teneri . quo iure nos vti Proculus ſcribit . Sed

o *Ius*. [a] poſsidere pro herede & pro poſſeſſore,non eſt habere ititu. vt.C.in quib. cau. ceſ. long. temp. præſcrip.l. hereditatem. Et dic ꝙ incorporalia, vt ſeruitutes, impropriè quis dicitur poſſidere: vt.ꝟ. de acqui.re.do.ſeruus. §.incorporales. Et magis impropriè creditor ius quod habet in debito. Impropriiſsimè, cũ ipſe debitor dicitur hoc ius poſsidere debiti.& tamẽ hîc appellãtur poſſeſſores : vt.ꝟ.e. l.etiam.§.fi. &.l.ſeq.& l.quòd ſi in diẽ. §.pen. &.l.item videndum.§. ſi quis cum. Et quod ſubiicit , vel rẽ hereditariam, ſcilicet corporalẽ. Vel expone prædicta,poſsidet ius, qui totam hereditatẽ poſſidet. rem hereditariã ille qui rem ſingularẽ corporalem,vel incorporalem, & etiam minimam, vt ſubiicit : vt ꝟ.ſi quis omiſ.cau.teſt. l.& ſi non totam. &. l. ſeq.&.l.cũ enim.Acc.

a]Iſta glo.eſt bene 1 o. ſecundũ Bal.in hoc ſcilicet quotuplex eſt poſſeſſio, quę quadrupliciter dicitur reſpectu diuerſarum rerum . Bolog.

† Cõcor. l ſi ædes meæ.§. fin. infra de ſerui. vr. prædi.

p *LIcèt.Intendit*.id eſt aſſerit.

q *Poßidet*.arg.huius.l.dicunt quidam , quòd ſi inſolidum ſim heres,licèt vnam rem tantùm poſsideat inſolidum,de rigore iuris mihi tenearis:ſed de æquitate abſoluaris.Sed hoc eſt falſum,cum nõ tenearis in plus quàm habeas. quod plenè dices vt ꝟ.ſi pars here.pe.l.j.§.j.Item not.hîc in fi.quòd licet ſim in dimidia totius hereditatis heres,quæ valet mille , & vnum prædium quod valet quinque,tantum habeas: non niſi in dimidiam mihi teneris:vt hîc,&.ꝟ.ſi pars here.peta.l.j.§.j.

r *Heres*.petens.Accurſius.

f *Pro herede poßidet*. Tribus modis quis dicitur pro herede poſsidere. Primo,vt ſit verus:vt ille qui verè eſt heres.& ſic accipitur.ff.&.C.in tit.pro herede.Secundo, vt procurator heredis,qui pro eo herede poſsidet:vt.ꝟ.e.l.etiam. §. ſi quis abſentis. Tertio,vt dicatur quædam modificatio,poſsidendi, quando quis credit ſe heredem,& non eſt:vt hîc,& inſtit.de interdict.§.ſequens diuiſio.verſi.pro herede.& ſic dicitur,iſte poſſidet pro herede:cum tantùm opinione ſit heres. Sic ergò pro vero ponitur quod eſt falſum: vt ibi, fertilior ſeges &c. & ibi, Vicinumque pecus grandius vber habet , id eſt habere putatur. Item & illud , Ego & pater tuus dolentes quærebamus te &c. nam quo ad opinionem erat pater.

Poſſidere pro herede dicitur quis tribus modis.

t *Non eſſe*. ſcilicet ex teſtamento , vel ab inteſtato , de iure antiquo : credit tamen ſe heredem ex conſtitutione aliqua : vt quia ſit nepos filius ſororis : vt ſupra eodem.l.iij.§.fina.& quod ſubiicit , putat teneri , ſcilicet quaſi pro herede poſsideat . Vel dic quòd ſit idem caſus cum ſequenti : ibi : ſed enim &c. vt licèt iſte non credat ſe heredem de iure ciuili : credat tamen ſe bonõ. poſſeſſ.& ſic perinde habeatur. & quod ſequitur. ſed enim , ſit approbatio huius dicti. Vel dic tertiò , hic non dicit quòd poſsideat pro herede : ſed quòd teneatur . & ſic dices,

aa iij

quòd tenetur rei vindi. vel etiam peti.hered. vt prædo, vel pro poſſeſſore poſſeſſor. Vel quartò tenetur quaſi pro herede poſſideat: quamuis ſciat ſe eſſe non heredem: credit tamen ſe bonæ fidei poſſeſſorem. Sed prima & ſecunda magis placent.

a *Sed enim & bonorum poſſeſſor*. quo ad opinionem ſuam. Vel dic, id eſt bona poſſidens. nam ſi vere ti. haberet, non teneretur hac actione: vt. ſ. eo. l. regulariter.

b *Qui interrogatus. Per mendacium.* ſupple, & repete: vt ſi contendat, contendit per mendacium. ſecũdum Io. Alij dicũt vel, pro ſaltem. ac ſic diceret quòd non tenetur quaſi ꝑ poſſeſſore poſſideat, qui dicit ſe heredem: licèt per mendacium dicat, ſed quaſi pro herede. quod falſum eſt: quia ſic expediret ei mentiri: quod eſſe non debet: vt. ꝗ. de tribu. l. illud. §. penult. Et no. quòd hæc interrogatio ſic fiet, ſecundum Bul. quia ante lit. cõteſt. interrogabitur an poſſideat pro herede, vel pro poſſeſſore: & poterit reſpondere etiã alternatiue. & pro eo eſt. C. eod. l. cogi. in fi. Licet enim in rei vindi. ſufficit ſimplex poſſeſſio, vt quis ea teneatur: vt. C. de ali. iu. mu. cau. fa. l. j. & ideo de ea interrogatur: vt. ꝗ. de interrog. act. qui ſeruum. §. in iure. ita exigitur alterum iſtorum, ſcilicet quòd pro herede vel pro poſſeſſore poſſideat, vt hæc actio locum habeat: vt. ſ. eo. l. regulariter. in fi. & de hoc ergo interrogetur, & ante lit. conteſt. vt dixi: vt. ꝗ. de interrog. ac. l. qui interrogatur. Pla. autem dicebat teneri debere dicere titu. in rei vindi. per proximum cognatum: in peti. here. per quemlibet cognatum. quæ ſomnia ſunt. Vel dic quòd bene dixit. nam in rei vindi. per proximum, ſcilicet filium reſiſtentem: vt. C. de proba. ſiue poſſidetis. in peti. here. per quemlibet cognatum reſiſtentem. quinimò per extraneum reſiſtentem oportet agẽtem probare ſe heredem ſi iuſſerit vincere. Tu dic ſecundum Ioan. & Azo.[a] quòd primò interrogabo an poſſideat: & ſi reſpondeat, ſic: ſecundò quæram, an putet ſe heredem. ſi dicat, puto: expeditum eſt. ſi dicat, non puto: tertiò quæram, quomodo poſſidet, vel qualiter. ſi dicat, quid ad te? vel nolo reſpondere, vel ſimilia: tunc ſcio quòd pro poſ. poſſideat. ſi verò dicat, quia emi: quærã à quo: vt certus poſſim eſſe an titulum pro non titulo habeat: vt ſi dicat, quia à compote mentis emi: ſi quidem probet, bene eſt, nec hac actione cõuenitur. ſi non probet, præſumitur quòd pro poſſ. poſſideat. & quòd ſic ſit facienda interrogatio, probatur ex l. iſta, & ꝗ. l. proxi. in princ.

*poteſt.

a] Iſta opinio cõmuniter tenetur per doc.

enim & bonorum poſſeſſor[a] pro herede videtur poſſidere.

Hic incipit exponere quod dixit, pro poſſeſſore. Bartolus.

Pro poſſeſſore verò poſſidet prædo:

Nota quòd quãdo ratio eſt idẽ cum dicto, nihil concludit. Barto.

XII. IDEM *libro ſexageſimoſeptimo ad Edictum.*

**Q**Vi interrogatus cur poſſideat, reſponſurus ſit, quia poſſideo: nec contendet ſe heredem vel per mendacium:[b]

XIII. IDEM *libro quintodecimo ad Edictum.*

**N**Ec vllam cauſam[c] poſſeſſionis poſſit* dicere. & ideo fur & raptor petitione hereditatis tenentur.[d]

Quando titulus habetur pro nõ titulo, quis pro poſſeſſore vel pro herede poſſidere dicitur. Bart.

Omnibus etiam titulis[e] hic *pro poſſeſſore* hæret, & quaſi iniunctus eſt. deniq; & *pro emptore* titulo hæret. Nã ſi à furioſo emero[f] ſciẽs,[g] pro poſſeſſore poſſideo.[h] Item in titulo *pro donato* quæritur an quis pro poſſeſſore poſſideat: vtputa vxor[i] vel marit*. Et placet nobis Iuliani ſentẽtia, pro poſſeſſore poſſidere eũ: & ideo petitione hereditatis tenebitur. Itẽ *pro dote* titulus, recipit pro poſſeſſore poſſeſſionẽ: vt puta ſi à minore duodecim annis nupta mihi[k] quaſi dotẽ ſciens accepi. Et ſi legatũ mihi ſolutũ eſt ex falſa cauſa[l] ſciẽti, vtiq; pro poſſeſſore poſſidebo.[m]

Qui non poſſidet, non tenetur hac actione, niſi dolo deſierit poſſidere. Bartolus.

Is[n] autem qui reſtituit hereditatem, teneri hereditatis petitione non poteſt:[o] niſi dolo fecit, id eſt ſi ſcit[p] & reſtituit.[q] Nam & dolus præteritus[r] venit

c *Nec vllam cauſam*. aliam, ſcilicet iuſtam.

d *Tenentur*, & expulſor: vt. ꝗ. eo. quòd ſi in diem. §. Iulianus. verſi. ſed & eum.

e *Omnibus etiam titulis*. propriè ponitur. ſed in eo quod includitur in pronomine, hîc, impropriè. & dic omnibus, id eſt omni genere titulorum. Et not. quòd omnibus his caſibus datur directa petitio hereditatis: vt probatur. ꝗ. eo. l. etiam. §. ſi quis ſciens. Alij dicunt vtilẽ. nam & dolus habetur pro poſſeſſore, ſicut hic titulus pro non titulo, & datur tamen vtilis.

f *Emero*. rem de hereditate ad aliquem pertinentem. & ſic de ſeipſo. Accurſius.

g *Sciens*. Quid ſi ignorãs? Non videtur quòd teneatur: cum nec pro herede nec pro poſ. poſſideat: vt. ſ. eo. l. pro herede. & l. qui interrogatus. & hic ſimiliter innuit in eo quod dicit, ſciens: vt in ſti. de interdic. §. ſequens diuiſio. verſi. pro poſſeſſore. Item pro hoc quia qui ignorãs emit à furioſo, vſucapit: vt. ꝗ. pro emp. l. ij. §. ſi à furioſo. Item pro hoc. ꝗ. de vſur. l. fructus. & ꝗ. de do. inter vi. & vxo. l. ſed & ſi cõſtãte. Ex prædictis patet nõ poſſidere pro herede vel ꝑ poſ. ignorãtẽ. & idẽ in aliis de quibus ſubiicit. Sed Ir. dixit contrarium, & ſubaudiuit, maximẽ ſciens. & pro eo eſt, quia poſſidere pro poſ. nõ eſt hoc ipſo malam fidem habere: ſed cum nullam de iure poteſt prætendere cauſam quę inducat vſucapionẽ: ſed hoc ſolum dicere poteſt, quòd poſſidet pro poſſeſſore: vt in prin. huius legis. & ꝗ. eo. ſed & ſi lege. §. quod autem. & ſecundum hoc etiam bonæ fidei poſſeſſor eſt prædo. ſed primam approbo. Item quid ſi prædo habeat titulum? Reſpõ. titulũ magis attẽdi quàm inuaſionem: vt dicitur in legatario: vt. ꝗ. quo. leg. l. j. §. quia autem. & ꝗ. e. l. etiam. §. ſi quis ſciens. Item not. quòd poſſeſſio ſine titu. locum facit huic actioni, etiam ſi ſe heredem non contendat. ſed ſecus in quaſi poſſeſſore, niſi dicat ſe heredẽ: vt. ꝗ. titu. j. l. j. in fi. & ꝗ. eo. ſed vtrum.

Emens à furioſo, quandoque vſucapit. Ignorãs, pro herede vel pro poſ. poſſidere nõ poteſt.

h *Poſſideo*. & ſic poterò conueniri petitione hereditatis, cum hic titulus emptoris pro nõ titulo habeatur.

i *Vxor*. ſ. donauit marito: vel contra: ſcienti ſcilicet donationẽ nõ valere: vt. ꝗ. de adquir. poſ. l. quod vxor viro. nã ſi putat valere, fructus ex re donata perceptos ſuos facit: etſi in iure erretur: vt. ꝗ. de vſur. l. fructus.

k *Nupta mihi*. ſcilicet de facto. & ideo dicit quaſi dotem: quia dos verè eſſe nõ poteſt vbi non eſt matrimonium: vt. ꝗ. de iure do. l. iij. Accurſius.

l *Ex falſa cauſa*. ſcilicet indebitum.

m *Poſſidebo*. q. d. directè tenebor. Io.

n *Is*. ſ. inſtitutus in teſtamento inutili: & rogatus vt reſtituat.

o *Non poteſt*. niſi ad hoc vt condictionem indebiti quam habet, cedat: vt. ꝗ. eo. quòd ſi in diem. §. ſi. Azo.

p *Scit*. ſcilicet ſe non teneri. nam tunc vtili peti. hereditatis: vt hîc, & ꝗ. eo. l. etiam. §. item ſi quis. heredes autem doloſi in factũ actione: vt. ꝗ. de rei vin. l. cum autem.

q *Reſtituit*. ante litem conteſta. contra ſe: vt hîc, & ꝗ. de fideicõ. here. peti. l. ſi. §. ſi. ſecus ſi poſt: vt. ꝗ. ad Trebel. l. cum hereditas. ij. & l. ſi patroni. §. ſi. quæ eſt contra. Vel ibi in actionibus hereditariis: hîc in peti. here.

r *Præteritus*. i. ante lit. conteſt. cõmiſſus: vt. ꝗ. eo. ſed & ſi lege. §. ſi ante litem conteſt. & ꝗ. de rei vin. fin autem. §. ſed & is.

*Neratius*. CASVS. Rem aliquã poſſedi vel pro herede, vel pro poſ. & ita peti. here. cõueniri poterãt: deceſsi Titio herede derelicto. nũquid Titius peti. here. tenetur. quæritur. Et dicitur ꝙ ſic, etiã ſi ignoret me pro herede vel pro poſſeſ. poſſediſſe. Idẽ eſt ſi ꝓbat Titi⁹ heres eas res ex ea hereditate eſſe quæ ſibi delata eſt. [QVOD SI QVIS.] Hereditatẽ ad me pertinetẽ emit Titius: an teneatur peti. here. quæritur. Et videtur ꝙ ſic: ne ſingulis iudiciis &c. an autẽ vẽditor teneatur, quæritur. Et reſpon. ꝙ venditor ad pretiũ tenetur tãtũ: niſi in tribus caſibus emptor tenetur. Primus eſt, ſi vẽditor latitat. Secũdus eſt, ſi minoris rem vẽdidit. Tertius eſt, ſi bonæ fidei poſſeſſor erat. vnde in iſtis trib⁹ caſibus dabitur vtilis petitio cõtra illũ emptorẽ. Sed quid ſi poſſeſſor ꝑ herede quia teſtamẽtũ erat inutile, iuſſus erat vẽdere alicui, puta Titio: & vẽdidit ꝑ paruo pretio ſicut iuſſus erat: an detur peti. her. cõtra iſtũ fideicõmiſſariũ cui iuſſus erat vendere, quæritur. Et dicitur ꝙ ſic, cũ loco heredis habendus ſit. [SED ET SI RETENTA.] Sed quid ſi heres iuſſus eſt in teſtamento inutili reſtituere, parua quantitate de hereditate retenta? tenetur fideicommiſſarius peti. here. [PLANE.] Sed quid ſi rogatus ſit reſtituere here. accepta certa quantitate. non tamen hereditaria, ab eo cui reſtituere debet: nũquid illa pecunia peti poteſt ab illo here. per petitionem hered. quæritur. Et reſpon. quòd nõ, quoniam pro &c. [SED SABINVM.] Sed quid ſi teſtator iuſſit aliquem eſſe liberum ſi daret. x. heredi, & illa. x. dedit heredi ſcripto: an peti poteſt pecunia per peti. hered. ab herede ſcripto, quæritur. Et dicitur quòd ſic: quia hereditaria videtur eſſe pecunia. [IDEM ET IN EO.] Sed quid ſi heres ſit rogatus reddere hered. an ratione illorum beneficiorum fructuum quos retinet, peti. hered. tenetur,

tur.quæritur.Et dicitur quòd ſic.[SI QVIS.]Hereditatem ad te pertinentem emi:an poſſideo pro herede. quæritur. Et dicitur quòd ſic,ſi ſciens emam.quod non eſt verum:quia nō ſum prædo &c. & hoc in prima. [ITEM SI QVIS A FISCO.] Sed quid ſi fiſcus occupauit bona alicuius; quia nullus apparet heres: & ſic ea vendidit? ſi poſtea legitimus appareat,dabitur peti.hered. [APVD MAR.] Mulier here.pertinentem ad me totam dedit in totam. ille maritus tenetur peti.hered. vtili, & ipſa directa. ſi celebratum fuerit diuortium,conuenietur. [HEREDEM AVTEM.] Pone caſum vt in apparatu Accur. & ſic. Titius emit res aliquas de hered. ad me pertinente, & mala fide: quia ſciuit illā here.ad me pertinere:deceſſit herede Seio relicto . nunquid nomine iſtarum rerū Seius heres peti.here.teneatur, quæritur. Et reſpond. quòd ſic,non ex perſona defuncti, ſed ex ſua quaſi pro herede poſſideat.ſed ſi Titius poſſidebat res illas ꝓ herede vel pro poſ.& deceſſit Seio herede relicto:tunc Seius tenebitur ex perſona defuncti peti. hered. & non ex ſua. & hoc dicit. [SI QVIS.] Titius nomine Seij abſentis poſſidebat hered. ad me pertinentem.an poſſit conueniri ſuo nomine peti.here.quęritur.Et reſpon.quòd non,ſed nomine abſentis.& eſt ratio:quia non videtur pro herede poſſidere qui contemplatione alterius poſſidet:niſi ille ratum non habuerit.[NON SOLVM.]Res hereditatis ad me pertinentis poſſidebas. teneris quidem peti. here.aliàs ſi non poſſideas,teneris tamē in duobus caſibus.Primus eſt,ſi te liti offeras. Secundus eſt,ſi dolo deſiiſti poſſidere.tamē vltimo quando dolo deſiiſti:an poſſim te & illum poſſeſſorem conuenire quęritur.Et reſpon.quod vtrunque.& ſi ille poſſeſſor mihi agenti litis æſtimationem offerat : tu qui dolo deſiiſti poſſidere,liberaris: ſed ſi tu cōueniaris,non liberabitur poſſeſſor ille.Viuianus.

*In vulg.eſt lex Neratiꝰ.

†In vulg eſt lex,etiam.

in hereditatis petitione:quaſi dolo deſierit poſſidere.

Licèt quis poſſideat vero titulo, tamen ex perſona auctoris ſui,qui pro herede vel pro poſſeſſore poſſidebat,poterit conueniri petitione hereditatis.Bartolus.

* Neratius libro ſexto membranarū ſcribit, ab herede [a] peti hereditatem poſſe , etiam ſi ignoret pro herede vel pro poſſeſſore defunctum poſſediſſe.[b] Idem eſſe libro ſeptimo ait † etiam ſi putauit heres eas res ex hac hereditate eſſe [c] quæ ſibi delata eſt.

Nota in duobus caſibus hîc expreſſis petitionem hereditatis dari contra titulo poſſidentem.Bartolus.

Quid ſi quis hereditatem emerit,[d] an vtilis in eum petitio hereditatis deberet dari, [e] ne ſingulis iudiciis vexaretur? [f] venditorem enim teneri [g] certum eſt. Sed finge non extare venditorem , vel modico vendidiſſe , & bonæ fidei [h] poſſeſſorem fuiſſe : an porrigi manus ad emptorem debeat? Et putat Gaius Caſſius dandam vtilem [i] actionem. Idem erit dicendum & ſi paruo pretio iuſſus [k] vendere [l] heres Titio hereditatem vendidit. Nam putat dicendum Papinianus aduerſus fideicommiſſarium [m] dari actionem. [n] Ab herede [o] enim peti non expedit perexiguum [p] pretium habente. Sed & ſi retenta certa quantitate [q] reſtituere rogatus ſit , idem erit dicendum. [r] Planè ſi accepta certa quantitate [ſ] reſtituere rogatus eſt , non putat Papinianus ab herede petendam hereditatem: quoniam pro herede quod conditionis implendæ gratia accepit , non poſſidetur. Sed Sabinus in ſtatulibero contra : & id verius [t] eſt : quia pecunia hereditaria eſt. Idem & in eo qui ſo-

a *Ab herede.* ſ.illius qui pro herede aut pro poſſeſſore poſſidebat. Sed videtur eum non teneri.nam verè eſt heres : & verū titulum habet pro herede:ergo non tenetur,cum titulum habeat. Reſpond.ille dupliciter poſſidet pro herede.vno modo verè & ſecundum illum modū hac actione nō tenetur . alio prout hoc titu.accipitur.nam cum ſit eadem perſona cum defuncto,& defunctus ſic tenebatur:ergo & iſte: vt in authen.de iureiurando à moriente præſtito.§.j.colla.v.nec obſtat quòd ex plurimis cauſis poſſideat:quod fieri poteſt:vt.j̃.de adquiren.poſſeſ.l.iij.§.ex plurimis.& ſecūdum hunc modum hac actione tenetur : vt hic, &.j̃.l.proxi.§.heredem.in fi.§.

b *Poſſediſſe.* ſed aliàs res ſuas fuiſſe credebat.& hoc ſubiicit,idem &c.& ſic eſt idem caſus per alia verba.

c *Hereditate eſſe.* cum non ſint,& ſic poſſidet pro herede : vt hic accipitur.& ſuo nomine here.pe.tenetur.Siue ergo ſciat eas res perueniſſe ad defunctū ex hereditate aliena , quæ peti ab eo poterat: ſiue putauit propriā defuncti, tenetur hac actione, vt hîc innuit,etiā ſi putauit &c.quaſi dicat, ſiue bonam ſiue malam fidem habet.nam quo ad defunctum ſemper malæ fidei intelligitur heres:quia ſucceſſor vitiorū eſt & culpæ defuncti. Et ſic eſt arg.quòd extraneus heres non poſſit vſucapere quod defunctus non poterat propter vitiū perſonæ:vt ſicut hîc bona fides vel titulus quē habet,non excuſat eum quo minus teneatur her.peti. quia earū rerum nomine tenetur prædeceſſor eius:ſic nec vſucapere poſſit quando defunctus non potuit, obſtante vitio perſonali quod habet ex perſona defuncti : vt plenè dices.j̃. de Publi.in rem act.l.ſi ego.§.partus. Item puid ſi putas te heredē Titij,cum nō ſis:& ſic poſſideas pro herede hereditatē Titianam: an teneberis mihi qui ſum heres Sēpronij, & peto res illas quaſi

Heres vitiorum defūcti ſucceſſor eſt.



A ex hereditate Sempronij? Reſpon.ſic, ſi me interrogante inueniam te pro te herede vel pro poſſeſſore poſſidere. Sed tu dices quòd Titianam:vnde non puto teneri.Accurſius.

d *Emerit.* ab eo qui poſſidet pro herede.Accurſius.

e *Deberet dari.* Videtur quòd ſic,ne &c. q.d. quia actor nimis grauaretur ſi nomine ſingularum rerū proponeret rei vindi.quia graue eſt de dominio probare:& leue eſt ꝓbare quòd in hereditate fuerit. vēditorem enim teneri certū eſt: cum videatur & rē habere, cum habeat pretium:vt infra eod.ſi & rem & pretium. &.j̃.ſi quis omiſ. cau. teſt. ſi quis pecuniā.§.fin.Sed vt ſine dubio procedā, finge &c.Alij ſic:videtur quòd non.ne &c. id eſt peti. here.& agēdo de euictione ſecūdum quoſdā. quod nō placet : quia tunc non tenetur emptor,quando habet regreſſum de euictione : vt.j̃.eo.ſed & ſi lege.§.item ſi rem diſtraxit.Vel certè placet,& ille.§.itē. loquitur quando res ſingularis venditur . vel dic ſingulis cum rei vin.& eſt plana.Azo.

f *Vexaretur.* petitor ſecundum primam poſitionem,vel emptor ſecundum aliam.

g *Teneri.* pro pretio.

h *Bonæ fidei.* aliàs omnino teneretur,etſi non habeat qui alienauit:vt.j̃.eo.item veniunt.§.penul.&.l.ſi poſſeſſor.j.§.reſtituere.

i *Actionem vtilem.* ſcilicet hereditatis petitionem.& hoc dicunt quidam quādo non habet regreſſum de euictione. aliàs emptor non tenetur:vt.j̃.eo.ſed & ſi lege.§.item ſi rem diſtraxit.Vel verius illud habeat vel non habeat regreſſum,diſtinguitur cum res ſingularis de hereditate vēditur:hîc autem vniuerſitas,vnde hic emptor indiſtinctè tenetur.

k *Iuſſus.* heres inſtitutus in teſtamento inutili.& idem in ſequē-
D tibus quatuor. Accurſius.

l *Vendere.* in teſtamento, quod poſtea probatur inofficioſum. Et ſic agit filius exheredatus petitione hereditatis.

m *Fideicommiſſarium.* eundémque emptorem.Accurſius.

n *Dari actionem.* ſcilicet vtilem.nam fideicōmiſſarius loco heredis eſt:vt inſti.de fideicom.here.§.ſi quis.Sed nonne poſſidet titulo legati.ſeu fideicom?Reſpon.ſic: & ideo non tenetur hac actione,niſi quando ſciens emit:arg.j̃.proxi.§. Si autē bona fide, non tenetur, niſi in duobus caſibus,id eſt cū modico habito reſtituatur hereditas,vt hic: vel quando heres non comparet:vt.s̃. §.proxi.Si verò multo retēto,ipſe heres tantū tenetur peti.here. licet emptor rei vindi.teneatur. Idem eſſet ſi quartā habeat heres ſub nomine quartæ,nō in re certa.Vel dic quòd hîc fuit actū querela:& ſic rupto teſtamēto fingitur non habere tit.Sed ſi dicas eos non habere ti.vt prius dixiſti,an vſucapient contra petitionē hereditatis?G.Ir.& M.quòd non,niſi.xxx.an.vt.C.eo.he-
E reditatis. Tu dic quòd ſic , eo quòd excedit terminos ; vt detur contra tit.poſſidentem,vt à non ſuis terminis excedatur : vt. C. de edicto diui Hadria.tol.l.fi.§.fin.

o *Ab herede.* ſ.putatiuo,qui vendidit ex neceſſitate, ſcilicet teſtatoris iuſſu.Aliud ſi voluntate:quia tunc tenetur heres: vt.j̃.e. quòd ſi in diem.§.fi.quæ eſt contra.Quod nō placet: quia & ibi iuſſu teſtatoris.vel hîc ante motam litem:ibi poſt.Vel verius hic non prohibet contra venditorem agi. Et ſic etiam aliud contra. ſoluitur.j̃.eo.l.in æſtimationibus.Vel ſolue hoc vltimum vt ibi.

p *Perexiguum.* id eſt paruum.

q *Certa quantitate.* modica:aliàs heres tenetur.

r *Idem erit dicendum.* vt teneatur fideicom.

ſ *Certa quantitate.* ſcilicet de burſa eius cui reſtituitur quod datur cauſa adimplendæ conditionis.

t *Et id verius.* ſcilicet in eo quod à ſtatulibero datur:vt.j̃.de donat.cau.mor.l.quod ſtatuliber.



UNED

a *Retinet*.ex voluntate teſtatoris:& ſic modicum:& ſic vterque tenetur.Accurſius.
b *Quaſi*.veritatis expreſſiuum.aliter nulla eſſet nota.
c *Quidam putant*.ſcilicet directo.
d *Numerauit*.vt.ĵ. de reg.iur.l. nemo prædo eſt. & ſubaudi ob hoc ipſum quòd malā fidē habeat,niſi fiat inuaſio: vt.ĵ.de adquirē. poſ. ſi ex ſtipulatione. quæ eſt contra. Sed ad impediendam præſcriptionē pro poſſeſſore poſſidet.vt ĵ.de vſucapio.nō ſolum.§.j. Vel, quod eſt verius, licèt inuadat, non poſſidet pro poſſeſſore quantū ad hāc actionem: quia titu.habet: vt.ĵ.quorū lega.l.j.§. quia autem.
e *Vtili*. ergo cum hîc tenuerit emptio,& datur vtilis:multo magis dabitur directa,vbi nō tenuit:vt.s̃.e.l. nec vllam.§.j. Item ideo hîc datur vtilis, quia non poſſidet pro poſſeſſore.& quidam ideo dicebant dari directam: quia dicebāt eū poſſidere pro poſſeſſore.ergo cū hic poſſideat p poſſeſſore, dabitur directa. Et vt plenè habeas, diſtingue ſecundū Azo. cū quis emit vniuerſitatem mala fide,tenetur vtili:vt hîc. ſi bona fide, non, niſi modico eſt diſtracta, vel ſi nō cōparet venditor,vel ſi fiſcus vēdidit:vt.s̃.e.l.§.ſi quis.& ĵ.§.proxi.ſi tamen habeat regreſſum ad vēditorem hereditatis,aliàs ſecus, ſecundum quoſdam: vt.ĵ. eo. ſed & ſi lege.§.item ſi rem diſtraxit.Vel illa loquitur quando res ſingularis eſt vendita. Item tenetur ſi titu.pro non tit. habeatur: vt ſupra eo.nec vllā.§.j. Si verò rem ſingularem, ſiue bona fi. ſiue mala fide, non tenetur,niſi ti.habeatur pro non tit. vt s̃.eo.nec vllam.§. omnibus.

† Vide in hunc. §. Cuiac lib.9.obſ. c.25.

los fructus ex hereditate retinet, [a] dicendum erit. tenetur enim & is hereditatis petitione. A

Poſſidens titulo etiam mala fide,non poteſt hac actione conueniri:ſed tanquam emptor vniuerſitatis poteſt vtili conueniri. Bart.

Si quis ſciens alienam emit hereditatem, quaſi [b] pro poſſeſſore poſſidet: & ſic peti ab eo hereditatem quidam putant. [c] Quā ſententiam non puto veram. Nemo enim prædo eſt, qui pretium numerauit: [d] ſed vt empror vniuerſitatis vtili [e] tenetur. Item ſi quis à fiſco hereditatem quaſi vacantem emerit, [f] æquiſsimum erit vtilem actionem aduerſus eum dari. B

Si hereditas datur in dotem, maritus vtili here.peti.tenetur. Bart.

Apud Marcellum libro quarto digeſtorum relatum eſt, ſi mulier hereditatem in dotem dedit, maritum [g] pro dote quidem poſsidere hereditatem: ſed petitione hereditatis vtili teneri. Sed & ipſam mulierem directa teneri Marcellus ſcribit: maximè ſi iam factum diuortium [h] eſt. C

Iſte eſt fortis.§.& difficilis,& habet duas partes.In prima variatur caſus tribus modis.ſed vltima lec. eſt vera: ſecundum quam hoc intēdit: Heres poſſeſſoris cum titulo,poteſt vtili conueniri, ſicut defunctus poterat, & directa quādo defunctus abſque titulo poſsidebat.Bartolus. D

†Heredem [i] autem [k] etiam earum rerum nomine quas defunctus pro emptore poſſedit, hereditatis petitione teneri [l] conſtat, quaſi pro herede poſsideat: quāuis etiā earum rerū nomine quas pro herede vel pro poſſeſſore defunctus poſſedit, vtiq; teneatur. [m]

f *Emerit*. etiā ignorans:& hoc in priuilegium fiſci, ne vexetur. Sed contra hunc.§.C.de qua præſcript.l.bene.vbi dicit emptorem ſtatim eſſe ſecurum. Sed illud in ſingularibus alienationibus:hîc autem vniuerſitas fuit.Vel hæc corrigitur per illam. E
g *Maritum*.ſcientem alienam hereditatem:vt.s̃.e.§.ſi quis ſciēs. Alij dicunt etiam ſi ignorans.
h *Diuortium*. per quod etiam cauſa poſſeſſionis per maritum in hereditate ſoluta eſt.
i *Heredem*.ponit duos caſus hic §. Primus,ſi defunctus poſſedit pro emptore res aliquas:& eius heres ſe putat heredem in iis rebus,id eſt dominum ex cauſa hereditaria,cū tit.habeat, tenetur verò heredi ex perſona ſua,quaſi pro herede poſſideat: licèt defunctus non teneretur:arg.ĵ.tit.j.cum multi.Io. Sed nonne etiā ex ſua perſona ti.habet pro herede,& eo vſucapit illas res: vt.ĵ. de adqui.poſ.l.iij.§.ex plurimis? Sed dic,eſt heres in his,& nō eſt heres quo ad hoc.Sed ſi vſucapit,eſt heres quo ad hoc,vt ſit dominus.Vel dic quòd mala fide poſſidebat defunctus:vnde heres non vſucapit:& ſic pro non tit.Item ſi defunctus habuit ti.ergo heres habet eundem tit.vt.§.ex plurimis. Sed reſpond.vt ex ſua perſona non defuncti teneatur.Secundus eſt quando defunctus poſſidebat pro herede,vel pro poſſeſſore:& ideo tenebatur hac actione.nam heres ex perſona defuncti tenetur,non ex ſua:quia verè eſt heres:vt.ĵ.tit.j.l.pen.& fi.C.eo.l.ij. &.s̃.eo.l. Naratius. Cōtrariū videbatur in ſecundo caſu:quia heres tit.habet pro herede: ſed ex perſona defuncti tenetur: vt dixi. & ſic ex duabus cauſis poſſidet: vt. ĵ. de adquir.poſ.l.iij.§.ex plurimis. Alij, vt H.[a] ponunt primum caſum quando heres Seij credebat rem fuiſſe cuiuſdam hereditatis,quam hereditatem credebat fuiſſe illius Seij, cuius heres eſt: ſed defunct⁹ eam hereditatem, non ſingularē rem emerat: vt euitet op.quia titulum habet,quē defunctus habuit. Sed dic vt dixi: quia & pro emptore, & pro herede poſsidet:& ex ſua perſona,non defuncti cōuenitur: vt. d.l.de adquir.poſſeſſ. l. iij. §. ex plurimis.

a] Reprobat Cuiac.

Qui alieno nomine poſsidet,nō poteſt nomine proprio petitione hereditatis conueniri. Bartolus.

Si quis abſentis nomine poſſideat [n] hereditatem, cum ſit incertum an ille ratum habeat, puto abſentis nomine petendam hereditatem, ipſius verò [o] nequaquam: quia non videtur pro herede vel pro poſſeſſore poſsidere, qui contemplatione alterius poſſidet, niſi fortè quis dixerit, cum ratum non habet, [p] iam procuratorem [q] quaſi prædonem eſſe. tunc enim ſuo nomine teneri poteſt.

Qui non poſsidet, ſed vt poſſeſſor ſe obtulit, hac actione tenetur. Bartolus.

Non ſolùm autem ab eo peti hereditas poteſt, qui corpus hereditarium poſsidet: ſed & ſi nihil. [r] Et videndum ſi non poſſidens obtulerit tamen ſe petitioni, an teneatur.& Celſus libro quarto digeſtorum ſcribit ex dolo [ſ] eum teneri.dolo enim facere eum qui ſe offert petitioni. quam ſententiam generaliter Marcellus apud Iulianum probat : omnem qui ſe offert petitioni,quaſi poſsidentem teneri. [t]

Qui dolo deſiit poſsidere, vt poſſeſſor tenetur:qui liberatur, ſi poſſeſſor liti ſe offert. ſed ſatisfactio eius qui dolo deſiit poſsidere non liberat poſſeſſorem. Bart.

Item ſi quis dolo fecerit quo minus poſsideat, hereditatis petitione tenebitur. [u] Sed ſi alius nanctus poſſeſsionem quam ego dolo malo amiſeram, paratus ſit iudicium pati: Marcellus libro quarto digeſtorum tractat, [x] ne * [y] fortè euaneſcit aduerſus eum [z] qui deſiit, [a] litis æſtimatio. & magis [b] euaneſcere

k *Heredem autem*. petitor ſit heres Titij, re⁹ Seij,qui Seius rem Titij poſſederat pro emptore.Accurſius.
l *Teneri*.ei qui heres eſt domino rerum emptarum per defunctum à non domino.Accur.
m *Teneatur*.heres Seij reus:qui Seius rem Titij poſſederat pro emptore.
n *Poßideat*.apprehendendo prius.Acc.
o *Ipſius verò*. ſcilicet qui poſsidet. ſed aliud in rei vind. vt infra de rei vin.l.officiū. &. C. vbi in rem act.l.ij.quæ ſunt contra. Nam ibi ſola detentatio:hîc autē pro herede vel pro poſſeſſore poſſeſsio. quod hîc in hoc procuratore non erat.
p *Nō habet*.& hoc certum eſt.Accur.
q *Procuratorem*.ſcilicet iſtum : vt infra titu.j.l.cum multi.&.l.finali.
r *Sed & ſi nihil*.ſupple puta poſsidet.
ſ *Ex dolo*.i.propter dolum peti.here. & hoc quādo actor ignorauit:aliàs non:vt hîc,&.ĵ.eo.l.qui ſe. quæ eſt contra. nec enim debuit certiorari qui ſciuit &c.vt.ĵ.de act.empt.l.j.in fi.
t *Teneri*.etiam rei vin.vt.s̃.de dol.l.pe.&.ĵ.de rei vin.l.is qui ſe. vbi plenè diſtingues de hoc.
u *Tenebitur*. vt.s̃.eo.nec vllam.§.is autem qui reſtituit. ſed qua actione? Reſpō. directa ſecūdum quoſdam, cum dolus pro poſſeſſore habeatur. Tu dic vtili.Nec ob.quòd dolus pro poſſeſſore habeatur : quia & ratihabitio comparatur mandato, non tamen agitur mandati:vt.s̃.de neg.geſt.Pomponius.in fine.
x *Tractat*.ſcilicet quærendo.Accurſius.
y *Ne*.id eſt an.
z *Aduerſus eū*.i. me.nā mutat pſonas.nā in prin.loquitur de doloſo in tertia pſona:poſtea de eodē in prima,& nūc ī tertia.Ac.
a *Deſiit*.dolo poſsidere.Azo.
b *Magis*.ſcilicet quàm contrarium.

Cōcor.l.10. ĵ de re cre. &. l.24 & 25. ĵ de noxalib.

*ſic Flor.al. nū fortè, al. an forte euaneſcat. in manuſcr.ſed videtur ita aptatum alia manu.

*Ait.*

ait [a] niſi petentis intereſt. [b] Certè, inquit, ſi rem paratus ſit reſtituere, indubitatum erit euaneſcere. Sed ſi is qui dolo deſiit, ante conueniatur: eum qui poſſidet, non liberabit. [c]

Debitor quaſi poſſeſſor iuris hac actione tenetur, ſiue ſit ex contractu, ſiue ex delicto: dum tamen præſens ſit debitum. Item ſiue contraxerit cum defuncto, ſiue cum hereditate. ſecus ſi cum herede. Item qui hereditario nomine habet actionem, hac actione tenetur, tanquam iuris poſſeſſor. Hoc dicit cum.l.ſeq.vſque ad finem. Bartolus. B

Item à debitore [d] hereditario, quaſi [e] à iuris poſſeſſore. Nam & à iuris poſſeſſoribus poſſe hereditatem peti conſtat.

XIIII. PAVLVS *libro viceſimo ad Edictum.*

C SEd vtrum ex delicto, an ex contractu debitor ſit, nihil refert. [f] Debitor autem hereditarius intellegitur is quoque qui ſeruo hereditario promiſit, vel qui ante aditam hereditatem [g] damnum dedit,

XV. GAIVS *libro ſexto ad Edictum Prouinciale.*

VEl aliquam rem hereditariã ſubripuerit.

XVI. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Edictum.*

B QVòd ſi in diem ſit debitor vel ſub conditione à quo petita eſt hereditas, [h] non debere eum damnari. Rei planè iudicatæ [i] tempus ſpectandum eſſe ſecundum Octaueni ſententiam vt apud Pomponium ſcriptum eſt, an dies [k] venerit. quod & in ſtipulatione conditionali erit dicendum. Si autem non venerit, cauere officio [l] iudicis debeat de reſtituendo hoc debito cum dies venerit, vel conditio extiterit. C Sed & is qui pretia rerũ hereditariarum poſſidet, [m] item qui à debitore hereditario exegit, petitione hereditatis tenetur. Vnde Iulianus libro ſexto Digeſtorum ait, ab eo qui petit hereditatẽ, &

a *Ait.* ſcilicet Marcellus.

b *Intereſt.* quia ſecundus non totum habeat: vt infra de re iudi. ſi quis dolo.§.j.

c *Non liberabit.* Not. diſtinctionem iſtam, quis primò conueniatur: vt hîc, & infra de ſol.l. Stichum. §. dolo. & infra eo. ſed & ſi lege.§. proinde. &. §. vtrum. & arg. infra de tab. exhi.l. locum.§. cõdemnatio. Sed cur ſecus in noxali, vbi doloſo ſoluente liberatur poſſeſſor: vt infra de noxa. ac.l. de illo. in fi. & l. ſeq. & l. electio. & infra. ſi fa. fur. fe. di. l. quotiens. & idem in actione de dolo quando dolũ plures faciũt: vt ſupra de dolo. ſi plures. quę omnes ſunt cõtra? Reſpon. [a] hæ cum ſint perſonales ratione poſſeſſionis, nõ ſic improprie intentari poſſunt. & eodẽ modo reſponde ad illã quæ eſt ſupra quod me. cau. quod diximus. in prin. ar. ad ſolutionem, & diſtinctionẽ iſtam inſtit. de leg. §. ſi res. magis autem eſt cõtra infra de re. eo. l. illicite. vbi tutor æſtimationẽ rei pupillo dedit: quã ſine decreto alienauit. Sed dic ꝙ ibi vera æſtimatio fuit data: ideoq; habetur pro vẽdita de nouo: hîc autem in litẽ iuratur. vnde in pœnã computatur quicquid eſt ſolutum. Item quod dico doloſo ſoluente nõ liberari poſſeſſorẽ: intellige niſi poſſeſſor habeat cauſam à doloſo, propter quam regreſſurus ſit ad eum. nam tũc iis defenſionibus vtatur emptor, quibus venditor: vt infra ſi fa. fur. fe. di.l. quotiens.§. planè. &. C. de euic.l. emptori. & de vſu. rei iu.l. ſancimus. in fin. & infra de except. rei iud. ſi quis cum totum.§. planè ſi in reſtitutionem. Vel dic ſecus eſſe vbi vẽditori cœpit competere exceptio poſt venditionem: vt erat hîc, ſcilicet poſt condemnationem & ſolutionem. nã habet exceptionẽ rei iudi. ſicut abſolutus: vt ĩfra de excep. rei iudi. ſi quis cũ totum.§. planè. & tunc non proſit emptori: vt arg. infra de pecu. quæſitum.§. ſi annua. & infra man.l. heredem. Huic opinioni eſt contra. infra de here. vel ac. ven. l. emptori. Sed dic quòd ibi eſt vniuerſitas vẽdita: vnde etiam omnia poſtea quæſita debet dare emptori: vt arg. infra eo. ti. de her. vel ac. ven. venditor ex hereditate. imò ibi erat pignus, quod eſt ſequela nominis venditi, vnde ſequitur emptorem: vt ibi dicitur. Acc.

a] Dic meliꝰ ſecũdũ Pau. hîc quòd ibi contra vtrũque competebat actio ad quantitatem loco intereſſe: vnde merito vno ſoluente, alter liberatur: quia deſinit intereſſe. hîc verò contra doloſum ad quantitatem & cõtra poſſeſſorem ad ipſas res.

d *Item à debitore.* ſ. poteſt peti hereditas: vt hic, &. ſ. eo. l. regulariter. &. j. fami. ercis. l. fundus qui. in fi.

e *Quaſi.* dictio ſimilitudinaria inter poſſeſſorem actiuũ & paſſiuum: vt. j. eo. quòd ſi in diem.§. Iulianus. &.§. idem Iulianus.

SEd vtrum.] CASVS in hac lege cum.§. præcedenti eſt talis. In her. pertinente ad me erat debitor, qui dicebat ſe nõ teneri: quia dicebat ſe heredem. an debitam peti. here. poſſim petere, quæritur. Et rñ. quòd ſic. hoc in prima. an autem referre debeat E ex delicto, an ex contractu? Dicitur quòd non. hoc in ſecunda. Sed quid ſi iacente here. quis damnum dat in re hereditaria: vel aliquid promiſit ſeruo: ſiue debitor hereditarius eſt? & ſi contendit ſe heredem, tenetur peti. here. vel fortè ſi debitor in diem vel ſub conditione: licèt contra eum agatur peti. here. non tamẽ condemnatur: ſed tempus ſententiæ inſpicitur venerit dies an non: & ſi non venerit, cauebitur de reddendo debito adueniente die. & hoc in tertia. [SED ET IS.] Tu poſſidebas her. ad me pertinentem: & quędam prædia hereditaria vendidiſti: & ſic ego heres pretia poſſum petere illa: & etiam poſſum petere æſtimationem ego verus heres, ſi tu putatiuus heres deſiiſti poſſidere, & litis æſtimationem fuiſti conſecutus. [NON SOLVM.] Debebas Titio. x. hereditas ſua ad me peruenit. ſi concedas te heredem, petam debitum peti. here. Sed quid ſi iacente here. dediſti dãnũ in here? teneris. Si heredis negotiũ geſſeris, & fueris factus A debitor ex mala admi. an conuenire te poſſim ad id debitũ peti. here. quæritur. Et reſpon. quod ſic. & hoc in ſecunda. Sed quid ſi adita here. geras, & factus ſis debitor? non here. pe. ſed. neg. geſt. cõuenieris. & hoc in tertia. [IVLIANVS.] Here. ad me pertinentem poſſidebat Titius: vi deiecit te, & ita habes interdictum vnde vi: an poſſim cõtra te agere peti. here? Et rñ. quòd ſic. Sed nũquid contra eum qui te vi deiecit, competit mihi hæc pet? Reſpon. quod ſic. [IDEM IVLIANVS.] Poſſidebas here. ad me pertinentem, & rem aliquã hereditariam vendidiſti, puta Titio: teneris mihi ad pretium reſtituẽdũ: aliàs teneris mihi cedere actionẽ contra emptorem [IDEM SCRIBIT.] Libertus meus in fraudem meã quædam alienauit: illa poteram per Caluiſianã act. reuocare, ſi iſte meus libertꝰ me heredẽ inſtituit. Vel dic ꝙ me heredem nõ inſtituit, ſed extraneum. ſi ego egi cõtra per cõtra tab. & recuperaui hereditatem liberti, nunquid & illa alienata in fraudem meã poſſum reuocare per peti. heredit? Et reſpon. quòd non: quia habeo aliam act. ſ. Caluiſianã. Item ille cui alienatum eſt, debitor patroni, & non hereditatis eſt. Idem ſi libertus alicui in fraudem meam donauit. Viuianus.

f *Refert.* imò refert quando ſe non contendit heredem. ſi enim debitor eſt ex maleficio, & ſi non contendat ſe heredem: tenetur quaſi pro poſſeſſore poſſideat ius hereditarium. ſicut enim tenetur prædo, qui iniuſtè poſſidet corpus hereditarium, quia pro poſſeſſore poſſidet: ita etiã hic, qui ius hereditarium poſſidet ex iniuſta cauſa: quaſi pro poſſeſſore poſſideat, teneri debet: D licèt ſe non contendat heredẽ. ſed vbi ex iuſta cauſa tenet, quia non poſſidet ꝓ poſſeſſore ius hereditarium, teneri non poteſt: niſi ſe contendat heredem: & tunc tenetur ideo, quia illud ius pro herede poſſidet: quia in eo putat ſe heredem. ſic. j. titu. j.l. fi. &. j. eo. ſi debitor. Accurſius.

g *Hereditatem.* fortè ſeruum hereditarium corrumpendo: vt infra de ſer. corrupto. l. hæc actio. Secus autem ſi poſt aditam hereditatem: vt infra eo. l. iij. & l. quòd ſi in diem.§. non ſolum. verſi. ſed & ſi heredis. Accurſius. ADDITIO. Dic ſecundum Bart. hîc quòd ibi contraxit cum herede: hîc cum herede, vel ſeruo hereditario.

h *QVòd ſi in diem. Petita eſt hereditas.* i. contra quem eſt actum petitione hereditatis. Sed quomodo potuit ante diẽ agi: vt ſupra de iudi. l. non quemadmodum. quæ eſt contra. Imò debent induciæ duplicari: vt inſti. de excep.§. hodie. quæ eſt ſimiliter contra. Sol. hîc de facto fuit admiſſus ad agendum. ſic &. ſ. E titu. j. l. ſi non mortis. in fi. & l. poſtumus.§. ſi quis. quod nõ placet. Dic ergo ſecundò, quòd hîc non fuit petitio hereditatis propoſita propter id quod debebatur in diem, vel ſub conditione: imò ob alia quæ poſſidebat. ſed tamen quia vniuerſalis eſt hæc actio, etiam ea quæ poſtea debere cœpit, reſtituit: vt argum. infra eo. l. ſi quo tempore. Si enim alia non deberet, interim aliquid peti non poſſet. Sed argu. contra infra de pecu. l. quęſitum. Sed dic quòd ibi ratione dubitationis admittitur. Vel ſolue, hęc in vniuerſali: illa ſupra de iudi. in ſingulari dicit. Sed ſecunda ſolu. verior eſt. In caſu tamen etiam de futura re agitur: vt. j. ad leg. Aquil. in lege.

i *Iudicatæ.* vt infra eo. l. ſi à domino, vel à patre.§. penul.

k *Dies.* quando fuit in diem.

l *Officio iudicis.* quod eſt generale: vt. ſ. de iudi. l. in omnibus.

m *Qui pretia rerum hereditariũ poſſidet.* hic qui pretia habet, tenetur, vt hîc, & ſupra quod metus cauſa. l. ſi ipſa. in fine. cautione

UNED

tamen ſibi præſtita, ſi pro euictione ſit emptoribus obſtrictus: vt infra eodem.l. item veniunt.§.ait ſenatus.in fin.§.verſi.ſed & ſi ob venditionem.Accurſius.

a *Hereditario*.qui factus eſt debitor poſt mortem.Accurſius.

b *Hereditas*.id eſt debitum per petitionem hereditatis.Azo.

litis æſtimationem conſecutus eſt, hereditatem peti poſſe. Non ſolum autem à debitore defuncti, ſed etiam à debitore hereditario [a] peti hereditas [b] poteſt. Denique ab eo qui negotia hereditaria [c] geſſit, & Celſo & Iuliano videtur peti hereditatem [d] poſſe. ſed ſi heredis [e] negotium
B geſſit, nequaquam. ab heredis [f] enim debitore peti hereditas non poteſt.

Supra dixit de eo qui eſt poſſeſſor: hîc de eo qui eſt creditor, hoc eſt qui habet aliquam actionem perſonalem ad hereditatem. Bartolus.

Iulianus ſcribit: ſi is [g] qui pro herede poſſidebat, vi fuerit deiectus: peti ab eo hereditatem poſſe, quaſi à iuris poſſeſſore: quia habet interdictum *Vnde vi*, quo victus [h] cedere debet. Sed & eum qui deiecit, petitione hereditatis teneri: quia res hereditarias pro poſſeſſore poſſidet. Idem Iulianus ait, ſiue quis poſſidens, [i] ſiue non, rem vendiderit, petitione hereditatis eum teneri: ſiue iam pretium recepit, ſiue petere poſſit: vt & hic actionibus cedat. [k] Idem ſcribit patronum hereditatem petere non poſſe ab eo cui libertus in fraudem [l] alienauit: [m] quia Caluiſiana [n] actione ei tenetur. [o] Patroni [p] enim iſte debitor eſt, non hereditarius. [q] Ergo nec ab eo cui mortis cauſa donatum [r] eſt, peti hereditas poteſt. Idem Iulianus ſcribit, ſi quis [ſ] ex cauſa fideicommiſſi [t] reſtituerit hereditatem, vel ſingulas res præſtiterit, peti

c *Hereditaria*. & ante aditam hereditatē: vt infra titu.j.l.fina.

d *Hereditatem*.id eſt ꝗ debet ex mala geſtione, per peti.hered.

e *Heredis*. id eſt iſtius qui agit, & eiuſdē hereditatis: ſed ea adita. Accurſius.

f *Ab heredis*. tantùm, vt non fuerit debitor defuncti vel hereditatis: vt infra eo.ſi à domino vel à patre. §. ſi poſſeſſor. &. l. & non tantum. §. quod ſi pro emptore.Accurſius.

g *Si is*.ſi, id eſt quamuis.

h *Victus*. ſcilicet iud. peti. hered. victus debet cedere interdictū: vt hic. Sed cōtra infra eod. l. at vbi. Solu. ibi exegerat iam per interdictum: & tunc non reddit: hîc non exegerat: vel ſolue vt ibi. Itē no. hîc quòd etiam actiones ex delictis ceduntur.

Actiones ex delictis cedi poſſunt.

i *Poßidens*.rem venditam.vel dic alias res hereditatis.

k *Cedat*.quando agere poteſt. nam generaliter verum eſt vt quotiēs quis ideo tenetur, quòd actionē habeat, cedendo eam liberatur: vt infra de pecu. l. quod debetur.

l *In fraudem*.ideo dicit in fraudem: quia ſine fraude donare poteſt amicis bene merentibus: & filiam dotare poteſt: vt. ĩ. ſi quid in frau.pa.l.viuus.Ac.

m *Alienauit*.vendendo: vt tamen emptor fraudem participet. ſi vero donādo, ſecus. vt C.de his quæ in frau. cre.l.fi.Accurſius.

n *Quia Caluiſiana*.hæc non eſt bona ratio: quia hæc actio cum alia datur.ſed ea quæ ſequitur, eſt bona.patroni enim &c. vt ſupra ea. l. §. non ſolùm. verſicu. ſed ſi heredis negotium. Sic eſt mala ratio: vt infra.e.l.& non tantùm.§. quòd ſi quandoque: tamen hæc ratio eſt bona in aliis actionibus quibuſdam: vt ſupra de mino.in cauſę.ij.&.ſ̃.quod me.cau.ſi cum.§.j.& ſupra de dolo.l.j.§.j.Item dicas quòd Pauliana ſoli creditori datur, ſecundum omnes: Fauiana ſoli patrono, ſecundum nos: & Caluiſiana communis.Sed alij contra.

o *Tenetur*.ſcilicet emptor.Accurſius.

p *Patroni*.bona ratio.Accurſius.

q *Hereditarius*.vnde ſi alius eſſet heres, non poſſet reuocare.

q *Hereditarius*. vnde hereditas vel alius heres, non habet obligatum acceptorem.

r *Donatum eſt*.à liberto, vbi ſolus inſpicitur euentus etiam ſine fraude: ſicut in legatis: vt infra ſi quid in frau.pa.l.j.&.l.ſi patronus.§.ſi inteſtatus.ſed ſecus in alienatione quæ fit inter viuos titulo nō lucratiuo: vbi duo prædicta.ſ. conſilium & euētus ſunt neceſſaria, vt.ĩ.eo.titu.l.j.&.C.ſi quid in frau.pa.l.j.

ſ *Si quis*.inſtitutus in teſtamento inutili.Accurſius.

A t *Fideicommißi*.quod non erat debitum.Et dic, reſtitui re & verbo: vel verbo ſolo. nam vtrumque poteſt: vt infra ad Treb. l. reſtituta.

u *Condictionem*.ſcilicet indebiti gratia poſſeſſionis: vt infra de condict.indebi.l.indebiti.§.j.&.l.ij.in fin. & l.iij.iiij.&.v.

ab eo hereditatem poſſe: quia habet condictionem [u] earum quę ſunt ex ea cauſa ſolutæ: & veluti iuris [x] poſſeſſor eſt. Sed & ſi pretia rerum quas diſtraxit, ex cauſa fideicommiſſi ſoluit, peti hereditatem ab eo poſſe: quia repetere poteſt. [y] Sed his [z] caſibus actiones ſuas duntaxat [a] eum præſtaturum, cum & res extant, & poteſt petitor etiam per in rem actionem eas vindicare. [b]

Poſſeſſor victus habet retentionem rerum propter expenſas per eum factas, & pecuniam ſolutam, ſi ſibi culpa imputari nō poſſit. Bartolus.

XVII. GAIVS *libro ſexto ad Edictum prouinciale.*

C QVòd ſi poſſeſſor hereditatis ob id quòd ex teſtamento heredem ſe eſſe putaret, legatorum nomine de ſuo ſoluit: ſi quis ab inteſtato eam hereditatem euincat, licet damnum videtur eſſe poſſeſſoris, quòd ſibi non proſpexerit ſtipulatione [c] *euicta hereditate legata reddi*: attamen quia fieri poteſt vt eo tempore ſoluerit legata quo adhuc nulla controuerſia mota ſit, [d] & ob id nullam interpoſuerit cautionem: placet in eo caſu euicta he-
D reditate dandam ei eſſe repetitionem. [e] Sed cum ceſſante cautione repetitio datur, periculum eſt ne propter inopiam eius cui ſolutum eſt legatum, nihil repeti poſſit: & ideo ſecundum ſenatuſconſulti ſententiam [f] ſubueniendum ei [g] eſt, vt ipſe quidē ex retentione rerum hereditariarum ſibi ſatisfaciat: [h] cedat autem

x *Velut iuris*. id eſt cōdictionis indebiti.

y *Repetere poteſt*. per condictionem indebiti pretium.

z *Sed his*. primo & ſecundo.

a *Duntaxat*. non autem in plus, niſi in dolo fuerit: quia ſcienter ſoluiſſet: vt ſupra e.nec vllam.§.is autem qui reſtituit. quæ eſt contra.

b *Vindicare*. vt. C. eo. ſi poſt motā. in fin. & ſ̃.eo.l.etiā.§.j. aliàs eſt in. l. nec vllā. §. ſi quis hereditatem. ibi, ne in ſingulis &c. Et hoc eſt verū emptores conueniri niſi habeāt regreſſum cōtra illū qui bona fide diſtraxit: vt. ĩ. eo. ſed & ſi. §.fin. &.§. item ſi rem. Vel niſi petitor iā acceperat pretium à venditore. pretium enim & rem non debet habere: vt. C. ſi ſeruus exte. ſe emi mā. l.j.Accurſius.

QVod ſi poſſeſſor] CASVS in hac.l. cū. §. idem Iulianus, proximè præcedenti, eſt talis: In teſtamento inutili fuiſti ſcriptꝰ heres, & ego eram legitimus: & rogatus fuiſti reſtituere here. totam vel partem Titio: & à te legata vel fideicommiſſa ſunt relicta: tu hered. reſtituiſti, vel ſoluiſti: & ego verus heres iſta omnia ab inteſtato volo reuocare, an tenearis de his quæ reſtituiſti & ſoluiſti de burſa tua: quia apparuit poſtea te inutilem & ſic legata non deberi: & ſic habere debebam ab inteſtato, & ſic legata debent mihi poſſeſſori reddere: vnde tu agis ex ſtipulatu ſi fuiſti ſtipulatus. aliter ages & repetes quod ſoluiſti, per condict. indebi. ſed quia
E tibi hoc periculoſum eſſe poteſt, conſulitur tibi, quia detrahere poteſt de here. quod ſoluiſti: & mihi act. cedes poſtea.

c *Stipulatione*.ſcilicet iſta, euicta &c.

d *Mota ſit*. nam mota controuerſia ſi ſine cautione præſtaret, dolo carere non videtur: vt. ĩ.ad legem Fal.l.dolo.

e *Repetitionem*.ſ. ab eo cui ſoluit, per condictionem indebiti. ſi autē alius ex teſtamento heres extitiſſet, & ſic valent relicta: ipſe qui putās ſe heredē ſoluit, non repetit, ſed contraria nego. geſt. agit contra verum heredem: vt.ſ̃.de neg.geſt.l.fi.

f *Sententiam*.quæ fuit vt bo.fi.poſſ.non afficiatur damno: vt. ĩ. eo.item veniunt.§.eos autem.

g *Ei*.putatiuo heredi.

h *Satisfaciat*.imò videtur ꝗ cū indebitè ſoluit non imputet: vt infra eo.ſi poſſeſſor.§. ait ſenatus. verſi. ſed & ſi ſenatus. quæ eſt contra.Sol.ibi erat mota [a] ſibi cōtrouerſia quādo ſoluit: hîc nō. Vel hic imputat retinēdo, non autē agendo: vt ibi. Alij dicunt ꝗ ibi ſoluit

a] Iſtam ſolutionem ſequitur Barto.hic.